







I
DATI
Elegantiolae. Mediolan.
1470
INCUNABULI
A
5
6
Biblioteca Nazionale Centrale - Firenze









VII


FRANCISCI
CAESARIS AVGVSTI
MVNIFICENTIA.

Ex Bibliotheca Bissioniana

cl. I

Dati (Aug.) Elegantiolae

Mediolani 1476 in 4



BONVS ACCVRSIVS Pisanus Salutē dicit plurimam Magnifico equiti aurato & sapiētissi mo ac primo ducali secretario Ciccho Simonetae.

q Voniam semper sum arbitratus: quae ex Cice ronis libris aut ex aliis latinae eloquētiae prin cipibus apta decoraq; breuitate excerpta sunt: ea ad bene ornateq; dicēdum maxīo esse usui: ꝑpterea quæ ab Augustino dato uiro & docto & facūdo circa dicē di elegantiam litteris sunt mandata: imprimēda cura ui: Nec enī nostrae tempestatis uiri qui facūdia clarēt negligendi sunt: sed eo maiore habēdi in laude: quo laboribus suis caeteris minus doctis non mediocriter cōducunt. Verum cū in eloquētia flosculi quidam nō secus ac stellae uideantur elucescere: Idcirco Pulcher rimum hunc eruditi uiri libellum quo ad eius fieri potuit: correxi: atq; emendaui: quo ita eius similes fi lii tui esse ī dicendo ualeāt. Nam haec quoniā in pri mis ueluti selecta sunt ex Ciceronis uel libris uel ora tionibus maximo eis & adiumento futura sunt & or namento. Nec enim te latere debet: quātum uir ille hac aetate laudetur ab oībus praesertim a uiris & do ctis & disertis. Haec igitur ꝑpterea ad te scripsi: quo niā & eloquētissimus sis & ingenio splēdissimo: & cui etiam ipse uæhemēter afficior: ob eāq; rem mei officii esse censui: ut is esses: per quem caeteri hoc meū stu dium minime ignorarent. Vale o & praesidiū & dul ce decus meum.



Augustini Dati Senēsis Isagogicus libellus ī eloquē tiæ præcepta ad Andream Christophori filium.

c Redimus iandudum a plærisq; uiris ēt disertissimis psuasi tū demū artē quēpiā ī dicendo nō nullam adipisci: si ueterum sectatus uestigia optīa sibi quisq; semp ad imitādum ppōsuerit. Neq; enī qui diutius in. M. Ciceronis lectione uersatus sit: nō ī dicendo & ornatus & copiosus esse poterit. Nam & horridiora crebrius cōsectati: ipsi quoq; aridi. ieiuni. & inculti fiāt necesse ē. Lectitanti igit mihi Ciceronis uolumina quem eloquētiæ parentem appellauerim: pauca ānotatione digna uisa sunt: quibus si utemur: uulgariū sermonē aspernati ad eloquētiam pximius accedem⁹

Primū præceptū: uarietati ↄmutationiq; ut studeam⁹

s Ed tamen id ī primis quisq; admonendus sit: quod rhetor dilligentissimus & īsignis orator Fabius Quītilianus de orationis partibus dicere consueuit. Neq; enim leges sunt oratorum quadam ueluti īmutabili necessitate cōstitutæ: nec rogationibus: ut idē dicebat: plebisue scitis sancta sunt ista præcepta sed uti ī statuis. picturis. poematis. cæterisq;. Ita quoque ī exornāda uiri eloquētis oratione plurimū semp roboris ac uenustatis habuit uarietas. Atq;: quod dici solet: tenendum cauendumque illud est ante

omnia: ne ars ulla: si fieri potest: esse uideatur. Hæc igitur lex prima sit cõmutationis uarietatisq;: quam eruditorum aures nõ difficile iudicent. Hoc igitur iacto fundamẽto perpauca deinceps scribam amice suauissime: quæ & si nõ semper: ut plurimũ tamẽ his rationibus tibi seruãda erũt. Sed iã nostri ĩstituti ita nascetur exordium.

Secundum praeceptum de Situ suppositi Verbi & Appositi in oratione.

p Laerunq; enim qui oratoriae artis floribus ac faleratis: ut aiunt: uerbis student: cõtra tritam uulgatamq; grãmaticorum cõsuetudinem quod ĩ calce absolutae orationis locari cõsueuit: id illi potius coaptãt initio, quod omne tibi fiet exemplo maĩfestius Scis plenam orationem cõstare tribus partibus: quod suppositum: ut eorũ ipsorũ uocabulis utar: quod uerbum, quod appositum uocãt. Dicũt igitur grãmatici. Scipio Africanus deleuit Carthaginẽ. Ornatiores uero eloquii homines cõuerso potius utuntur ordĩe. Carthaginẽ Scipio Africanus deleuit. Illi. M. Cicero familiariter utitur. P. Lentulo. Hi uero. P. Lentulo. M. Cicero familiariter utitur. Quibus exemplis patere arbitror: Appositum primũ in oratione, suppositum mediũ, nouissimũ uero locum uerbum tenere. Sed & si quid pro grãmaticorum more post appositum situm erit: id initio orationis poni solet. Cuius

rei exempla subnectã. Scipio Aemilian⁹ euertit Numãtiam urbem opulentissimã Hispaniæ. Hispaniae opulentissimã urbẽ Numãtiam Scipio Aemilianus euertit. Nõ ignoras esse multa genera epistolarũ. Epistolarũ genera multa esse nõ ignoras. Lycurgus condidit sanctissimas leges Atheniẽsibus. Atheniẽsibus leges sanctissimas Lycurgus cõdidit. multaq; cõsimili ratione. Appositum igitur plærũq; principio ponit̃ Suppositũ medio. fine uerbum. Vt Ariopagum Solon Salaminus primus cõstituit. Caeterum diuersis & ordinibus & locis locandæ ptes sunt pro aurium iudicio: quod qdem solo usu comparatur.

Tertium præptum de aduerbiorum situ.

i Am uero de aduerbiis quæ sunt uelut adiectĩa uerborũ: dici põt: passim ubi uis loci ponenda esse: ubi demũ aptius cõgruere uisa fuerint: modo ĩ principio modo ĩ fine: modo interiecta interutrũq;. Qua ĩ re diligenti ẽ utendum consilio. Sed prope uerbum frequẽtius puenustam reddunt orationem. ut Fabius Maximus ante alios fortiter: atq; animose pugnabat. C. Lællius Scipione familiarissime utebatur. Clæmentissimus Cæsar humaniter ignoscebat. Nunc uero ad reliqua.

Quartum præceptum de præpositionũ & ĩtegraru; plaerũque orationũ ĩteriectione inter substantiuum

& adiectiuum.

p Ræpositiones perpulchre iter substãtiua atq; adiectiua noĩa iteriacent. ut feraci in agro. ornatissimo in loco. maximas ad res. hanc ob causam iustis de causis. aliaq; huiusmodi cõplura. Nec præpositiones solũ sed alia praeterea huiusmodi. quoꝝ nũc sumemus exempla. Maxima ĩ rẽ. P. diligentia. Magna in parẽtes pietas. Incredibilis ĩ omnes ciues obseruãtia. Summa ĩ hospites liberalitas.

Quintũ praeptum de ĩteriectione genitiuorum ĩter duos nominatiuos & ecõtra.

a Tque etiã pulcherrimũ ĩter duos casus puta nomĩatiuos duos aliquid cõcinne ponitur. Omĩa rei. P. iura. Constantes militum animi. Immania sceleratorum hominũ flagitia. Et ecõuerso ẽt constituta ac trãsposita oratio plurimũ exornat. ut huius claritudo uiri. huius quirites auctoritas loci.

Sextum praeceptum de adiectiuorum situ.

u Enuste etiam praecedat adiectiuũ nomẽ substãtiuum. ut tua dignitas. optĩa uirtus. diuinũ ingenium. exquisita doctrina. Magni & enĩ refert quo loco quaeq; dictio sita sit: quod testatur Boetius ĩ his cõmentariis: quos in Aristotelis libros conscripsit. ubi & Ciceronis & Virgilii exempla ponit. Boetii autẽ

ipsius haec uerba sunt. Et enī quantum ad cōpositio nē orationis spectat: maximū differt: quo uerba & no mīa prædicationis suo ordine proferātur.

Multū enī interest in eo quod ait Cicero. Ad hāc te amentiam natura peperit. Voluntas exercuit. Fortu na seruauit. Ita dixisset ut dictum ē, an ita. ad hanc te amētiam peperit natura. exercuit uoluntas. seruauit fortuna. Sic enī minor ē sentētiae magnitudo: min⁹ que ī ea lucet id: quod si sic cōponatur: eminet & se se uel nolentibus hominū auribus animisq; patefacit. Rursus quom dicit Virgilius. paciq; imponere mo rē, potuisset seruare metrū. si ita dixisset: moremq; īponere paci. sed esset debilior sonus: nec eo ictu uer sus tam praeclare ut nūc compositus diceretur. quod idem non est apud dialecticos. Hæc uero Boetius. Nunc ad reliqua.

Cicero

Virgelius. 105

Septimum praeceptum de situ negatiuae dictionis.

n Egatiua dictio apte in calce orationis ponitur. ut præstantiorē te uidi neminē. Scipione clario rē in bellicis laudibus īuenies neminē. tua erga me be niuolentia. tuo ī me animo gratius ē nihil. qui te ardē tius amet: habes neminem.

Octauū praeceptū de possessoris an possessionē situ.

s Ed & possessor antequā possessio. optimi uiri

diuitiae : præstantis uiri uirtus : prudentissimi homīs consilium.

Nonum praeceptum de usu gerūdiorum nominum pro gerundiis.

q Vid uero pulchrius : quā si ꝓ gerūdiis quæ ap lant : utemur gerūdiuis nominibus : attrium ē id Prisciani exemplum. Veni causa amādi uirtutē. Veni amādae uirtutis causa. gratia gerendi bella gerendorum bellorum gratia. ad amplexādam uirtutē: magisquā ad amplexādum uitutem quæ una praeceptio optima ē: crebraqꝫ eius apud Marcum. T. aliosqꝫ eloquentes uiros semper fuit obseruatio.

Decimum praeceptum de cōgruētia nomīs relatiui plaerunqꝫ cum consequente.

n Vnc autē multa cōficiam : quae si diligēter aduerteris : haud parū latino ornatoqꝫ conducent eloquio. Sed id mihi in primis aīaduertendum uidetᷣ ut quom tria fuerint : antecedens. cōsequens : & eorū medium relatiuū nomen. si sit id consequens uel hominis : uel rei cuiuspiam proprium nomen. tum relatiuū cōsequenti semper cōgruat : alioquin nō latina oratio fit : sed a doctissimorū hominū cōsuetudine aliena : alias potest cū alterutro cōuenire : si non cōsequatᷣ proprium nomen. quam rem facile exempla declarāt & priscorum auctoritates complures. M. Cicero

Contra Lactantii 88. ut ex genere dauid corporaliter natus constitueret aeternū templū deo : quod appellatur ecclesia

primo tusculanarum quæstionum studio sapientiae quae philosophia dicitur .& VIº de rep. Concilia cœtusq; hominum iure sociati quae ciuitates appellant̃. Atq; iterū.ex illis sempiternis ignibus quae uos sydera & stellas nuncupatis.Salustii quoq; illud tritū ē. Est locus in carcere:quod tullianum appellatur. īnumerabilia ī uetustis codicibus id genus īuenies. Nec id est grāmaticae artis uitium:quod quidā ignari litterarū arbitrātur. Sed & nos adhuc aliquid exemplo℞ afferamus:praeclarū ē Ciceronis opus:qui Cato maior dicitur:nā quod Cato maior dicitur:nō latine ꝓfert̃:cōsimiliterq; urbis uisceribus cōsulendū est: qui sunt ciues.ꝑditi uiri ex urbibus pellēdi sunt:quae ē & ciuitatum ꝑnicies & sentina dedecoris.plaerūq; igit̃ relatiuū nomem cū eo concors est:quod sequitur.

Cicero

Salustius 13

Vndecimum praeceptum de cōgruentia in casu ex tribus eorū duorū quae proximius iunguntur.

i Llud quoq; inspectandum est.nam quom tria existāt:quorū unū relatiuum nomē sit:frequētissime eorū duo ī eiusdē casus exitu cōueniunt. nā ut exempli causa dicam aliqd:si quis hunc sermonē protulerit.liber in quo de uirtute agitur: praeclarus ē.Rectius atq; ornatius dixeris.In quo libro de uirtute agit̃:praeclarus est.Cōcordāt nāq; eodē casu ex tribus duo illa: quae maiore uicinitate iuncta sunt.Aliud iterum exemplum huiuscemodi sit .Quas misisti

litteras ad me: iucũdæ fuerũt. Sermonem quẽ audistis: non ẽ meus. quã existimas Demosthenis orationẽ: Eschinis ẽ: atq; huius sermonis crebrum inuenire poteris apud ueteres usum. M. T. de officiis primo. quorũ aũt officiorum praecepta tradũtur: ea quã quã ptinent ad finem bonorũ. Vir. Maro in æneide. urbem quã statuo: uestra ẽ. Terentius in andria. Posthac quas faciet deintegro comoedias spectandae an exigendae sint uobis prius. Idem populo ut placerẽt: quas fecisset fabulas. Idem. quas credis esse has nõ sunt uerae nuptiae. atq; eiusmodi sermo plurimũ exornat.

Duodecimũ praeceptum de auxesi positiuo℞ cũ per.

i D quoque annotatu dignissimũ ẽ: quom positia uelimus exaugere noĩa: ut his per ppositio accedat: Cicero in epistola ad Curionẽ. Carus æque sis & periucundus: ac fuisti patri. Idem de oratore in primo. p beati Quinte frater illi uideri solent. Terentius ĩ eunucho. Perpulchra credo dona haud nostris similia. nam pergratum: ualde gratum significat: & in oratione lepide personat.

Tredecimũ pceptũ de suplatiuis cũ mlto. lõge. & quã.

a T suplatiuis: multo: longe: & quam: aduerbia praeponimus. idque saepenumero perpulchrũ uideri solet. ut lõge amãtissim⁹ nostri. multo omniũ

Cicero II.
Virg. 50
Ter. 6.
Per
Cicero

fortunatissimus .& ago tibi q̄maximas gratias.

Decimum quartum præceptum de comparatiuis cū multo aut longe.

c Omparatiuis uero: uel multo: uel longe p̄poni solet. ut iusticia multo praeclarior ē caeteris uirtutibus. & Socrates lōge aliis philosophis est sapiētior

Decimum quintum praeceptum de quibusda nominibus: quae a graecis profecta declinationē mutant.

i Llud nequaquā omiserimus. cum enim noīa quaepiam sunt profecta a græcis ternae flexionis & obliquos casus habentia: quae rectum supent: latini oratores frequētissime casibus accusatiuis illoꝝ quibusdam immutatis fingunt aliarum declinationū noīa: & genus seruāt. qualia poematum enthymematum. delphinus elephantus & lampada existunt: quæ a plaerisque tertia flexione ꝓferūtur. ut poema enthymema delphin: lampas. hanc tu obseruationem diligenter commenda memoriae.

Decimū sextū praeceptum q̄n eleganter ostēdere uolumus quidpiam nobis esse iucundum utile uel honestum. & caetera id genus.

q Vom autē uolum⁹ ostēdere nobis aliq̄d iucūdū

honestum: utile esse. tũ datiuis cũ uerbo utimur sum es est substantiuorum: quorum illa adiectiua sunt: nã ne ab exemplis discedã: quid aliud significat haec res mihi iucũdati ẽ: quã haec res est mihi iucũda. Idemq; ipsum. tuae mihi litteræ fuerunt gaudio. quod est ad gaudium: uel gaudiũ mihi attulerũt. leges dignitati sunt reip. praeclara urbis aedificia ciuibus decori sũt. .i. decus pariũt ciuibus. uitia dedecori sunt homĩbus. idest uitia dedecus pariunt hominibus. deque caeteris consimili ratione.

Decimũ septimum praeceptum de afficio & afficior.

Afficio

u Erbum afficio pulchrum est: & late patet. nam afficio te uoluptate: ẽ tibi uoluptatem affero. afficio te honore idest te laudo. afficio te probro: est te uitupero. afficio te cõmodis. ẽ tibi cõmoda facio. afficio corpora sepultura: est cadauera sepelio. afficio inimicos iniuria. ẽ facio iniuriã inimicis: atque similiter afficior dolore idest doleo. afficior gaudio. idest gaudeo. afficior uerecũdia. idest uerecundor. Latissimaque ẽ huius uerbi usurpatio. Nec te lateat afficere significare disponere. hincque ẽ plinii illud. Viua uox magis afficit. neq; enĩ sine optimis causis tam lata tãque diffusa sit eius uerbi significatio. sed de hoc satis.

Decimũ octauũ praeceptũ de tum uel & geminatis.

Lege Laurentiũ uallam 44.

NOn ē autem ignorādum: quod si duo aut plura duobus: quod perraro usu uenit: pariter se habuerīt: utriq; tũ dictionē praeponimus. quod liqueat exemplo: Par ē in. C. Laellio doctrina ac uirtus: q̃ta que ē eius uiri probitas: tanta quoq; ē eius scientia. tunc splendide ac recte dixerim. C. Laellius uir tũ doctus est tum probus. Itidemq; magna ie st in. C. Laellio tum uirtus tũ doctrina. C. Lælius plurimũ tum laude tum rerũ scientia ualet. alíud item exēplũ. Themistocles. tum cōsilio pollet in urbanis rebus. tũ ī bellicis negociis uiribus atque animi magnitudine floret. Sic enim tantum ostēdi esse in rebus urbanis cōsilium: quātam in bellicis magnitudinē animi. qđ tum geminatum positum ē. sed eandem quoq; uim habet geminata & cōiunctiua. Aeneas ē & terris iactatus & alto. Idem profecto significat Aeneas tum pellagi tum terrarum labores perpessus ē. Africanus item singularis & uir & īperator. Idē sibi uult. Africanus magnus exitit tum uir tum imperator.

XIX. praeceptum de cum & tum.

QVod si duo contra nequaquā paria sunt: sed alterũ minus cōplectitur: alterũ uero magis: ita efficiendum ē. ut quod leuius existat: locemus prius: atque ei cum dictionem præponamus. Quod autem

grauius ualidiusque: id posterius positum cũ dictio praecedat: quod patefaciemus exemplis. C. Lællius amat Scipionẽ. propterea quod eũ doctum cognouit hominẽ. & insuper uirũ optimũ. quod postremum ad amorẽ uaehemẽter impellit. quare ita ẽ oratio instituẽda. C. Lællius amat Scipionẽ cũ ob doctrinam ei⁹ tum propter uirtutẽ. Ita uirtus ĩ hac beniuolẽtia plus momenti habet quã doctrina. atque item si dixerim. Cum omẽs fortunati sunt: qui bene uiuũt: tum per beati: qui omnia deserunt: & uirtutẽ solã cõplectuntur. hos nãq; posteriores multo esse beatiores cõstat si quis superius modo allatam praeceptionẽ ĩtellexerit. Hoc. M. Cicero ĩprimis frequenter usurpat. Ex quo illud. cũ omnibus consulendum ẽ: tũ his qui armis positis ad ĩperatorũ fidem cõfugiunt. Significat enĩ cõfugientibus ad imperatores & sese dedentibus multo magis consulendũ esse. atque in Catone maiore. mirari sese aiebat scæuola. M. Catonis cũ caeterarum rerũ pfectã sapientiã tum quod nunquã illi fuerit senectus grauis. sed hac de re satis.

XX. ut quempiam laudari aut uituperari oportet.

i Am uero explicandum ẽ: qua ratione quãpiã psonã aut laudari aut uituperari oporteat: qđ ad decorem sermonis ptineat. Nam id trifariã posse fieri cõperimus ex monumẽtis litterarũ. Si ergo uelĩ

ostendere. M. Catonem habere magnã uirtutem cũ uerbo sum es est: ita cõmodissime fiet. M. Cato uir ẽ magnae uirtutis. M. Cato uir ẽ magna uirtute. M Cato uir ẽ magnus uirtute. Plato philosophus fuit praestãs ĩgenio: uel praestãtis ĩgenii, uel praestanti ĩgenio. Mulier ẽ clara moribus. clarorũ morum: claris moribus. Vir egregius laude. egregiae laudis: & egregia laude: sed illud prius magis poetarũ ẽ: postremũ uero splẽdidũ ac ppolitum. Aristotiles sciẽtiæ copia philosophus exqsita doctrina. Vir acerrimo ĩgenio. quod qdẽ ut disertissimus Priscianus ĩquit, significat Aristotilem habentem sciẽtiae copiam: & qui habeat exquisitam doctrinã. cæteraq; cõsimili ratione. quod qdem. A. gellius sentire uidetur in noctibus atticis. Est enĩ uelut defectio quædã: sed ea trita usurpataq; ab eloquẽtissimis uiris & clarissimis oratoribus: qua & nobis quoq; utendum est.

XXI. De accusatiuis & ablatis participiornm locum tenentibus ĩfinitiui uerbi.

a T qui pticiplorũ tũ accusatiui casus saepe tum ablatiui locũ tenent ĩfiniti uerbi. hĩc illud Salustianũ. Nã & priusquã ĩcipias cõsulto: & ubi consuleris mature facto opus est. Et terentiana Misis glycerium alloquens amicam pamphili. Iam iam ĩuentum ubi curabo & adductum tuum pamphilum. Omnia nanque illa consulto. facto. inuentum. adductum.

Sal.

Ter.

Opus est

cõsulere facere inuenire adducere designant . uerũ fre quẽter oratores his rationibus ablatiuorũ casuũ utun tur : accusatiuorũ perraro. Et quoniã de nomĩe quod ẽ opus : attulimus mẽtionem : ĩtelligẽdum ẽ . Opus ẽ mihi hac re . significare . me egere hac re . sed id uariis casibus iungi solet . Nam & opus ẽ mihi tua opera no mĩatiui casus & tuae operae . & tuã opam . & tua opa dicimus . sed hoc postremũ ornatius ẽ : & totum ora torium . caeteris rationibus poetae potius : historiciq; utũtur. Nos aũt quædam praecipimus ut & cognosca mus a ueteribus usurpata : eisdemq; utamur. quædã uero : ut non nunquã cognoscamus solum. Nã opus ẽ mihi hanc rem nũquã orator dicat .

XXIII . De cõmutatione adiectiui & substantiui in uoce genere & casu .

q Vid illud nõne pulcherrimũ ẽ : ut quom duo nomina alterũ adiectiuũ : substantiuũ alterũ eo dem casus exitu proferri debeãt : ut saepe creberrime q; quodãmodo tertiã adiectiui nõis uocẽ quae ẽ neu tra : ĩ uim substantiuã transferamus : & substãtiuũ id prius genitiuo casu locemus : quod ut frequẽs ẽ eru ditis ac disertis uiris : ita quoq; erit exemplo manife stũ . Nam quom multã uirtutẽ dicturus sum : si mul tũ uirtutis loco eius orationis posuero : multo ꝓtulerĩ uenustius : multũ enĩ pecuniae significat multam pe cuniam . Plurimũ uiriũ plurimas uires . Quid animi

quis animus: quid rei. quæ res. quid causæ: quæ cā:
Aliaq; item per multa: sed animaduertendum ē: nā
si genitiuus ille casus fuerit siugularis totā item ora
tionē singulariter exponere debemus: si pluralis plu
raliter. nam exempli gratia multum pecuniæ. idem
est quod multa pecunia singulari numero: At cōtra
multū pecuniarū significat multas pecunias: similisq;
ē & aliorū ratio. ut multū roboris singulare est. pluri
um uiriū autē pluralem quoq; habet significationem.
Et aduerbia quoq; nōnulla uim eandem retinēt: præ
sertim uero duo haec: parum & satis. Nā parū sapiē
tiæ ē parua sapientia. satis uiriū suffiētes uires. & ni
hil quoq; siue nomē siue aduerbium sit: ī eandē saepe
obseruantiam cadit. hæc igitur hactenus.

XXIIII. Vt geminandum est epitheton sequenti
bus substantiuis aut econtra.

q Voniam autem singula hæc fere īuestigamus:
id quoq; dignū cognitione ē: ut quom duo me
minerimus substātiua nomina. quorū utriq; idē epi
teton adiiciendū sit: ut adiectiuū ipsum principio collo
cemus cū sequētibus substātiuis: uel tum geminatū:
uel duplicatum & præponamus. exempli uero cā affe
rantur Ciceronis uerba. Africanus singularis & uir
& imperator: quod est Africanus singularis uir &
singnlaris imperator. ꝓpter magnam & doctoris au
ctoritatē & urbis: quod ē propter magnā auctoritatē

urbis:& pp magnã auctoritatem doctoris. Praeclar⁹ & miles & ciuis illustris. tũ uir tum philosophus optimus. tum patriae defensor: tum gubernator. Iustus & rex & iudex. Cõsimiliaq; eo modo se habent. Sed & saepe numero cõtra eodẽ ordĩe uni substãtĩo praeposito duo adiectĩa aut plura deseruiũt. exempla sũt quae nũc cõstituam. Vir tum bonus: tum ẽt temperans. Impator et callidus et fortis. Iudex et ĩteger et sollers. Ornamẽta ciuitatis tũ multa tum praeclara. Alia tu ipse cõiecta. Nõnunquã et duo substãtiua ita se habẽt. ut alterum uim suam ubiq; cõseruet: ac tueatur: alterum quasi quẽdam obtineat adiectiui nõis locũ: et eius fungatur officio. quale ẽ Virgilianũ illud ĩ primo aene. Moleq; et mõtes ĩsup altos ĩposuit. ac si dicat. molestos montes ĩposuit. Cauẽdum ẽ ne ab honestate naturaq; discedamus. pĩde ac si dixerit. Cauendum ẽ ne a naturali honestate discedamus. Sed nota tibi haec sunt.

XXV. de extremis supinis p gerũdiis accusatiui cas⁹.

s Ed ne quasi historiam texẽs dicendorum seriẽ nectam ita quaeq; patefecerim: ut sese mihi forte quaedam obtulrĩt. Caeterum nõ ignoras: ut ipse arbitror: extrema supina plaerũque ornate ac peruenuste significare gerũdia accusatiui casus ad dictione ppposita. ut res difficilis creditu idest ad credendũ. Memorabil' uisu: ad uidẽdũ. Iucũda auditu: ad audiẽdũ.

Suauis gustu: ad gustandum: pmultaq; consimili ac pari modo sese habent.

XXVI. De exasperatione orationis per mutationē superlatiui cum adiectione aduerbii superlatiui ad modum uel ī primis.

n Ec id te amice lateat: ut quom fuerit suplatiuū quodpiam durius asperiusq;: & superlatiue significandum sit: ut pro suplatiuo positiuū afferamus & ei suplatiuū aptumq; apponamus aduerbium. Nā maxime memorabile facinus: est memorabilissimū facinus. Maxime rarū genus hominū. est rarissimū genus hominum. Sed admodū & īprimis positiuis adiuncta uim eandem retinent.

XXVII. Vt quēpiam mediocriter aut uæhemēter laudabimus.

i D autem nequaquā silentio præterierī: ut si quem: qui uirtutem habeat uel ī mediocriter laudare, dicam exempli causa. Pericles uirtute pstans prīceps erat Athenis uel quod multa præclara gesserit. Themistocles rebus gestis floruit. Si uelim uæhementer ac plurimum laudare: adiiciam gloriam: siue laudem & causam laudationis casu genitiuo ꝯstituā. Pericles: ut iisdem exemplis agā: uirtutis gloria praestās athenis claruit. Themistocles gestarū rerū laude emicuit. Sicq;. M. Antonius praestabat eloquentia.

mediocriter laudatur : ac fere exiliter. L. crassus elo quentiae gloria excelluit : uaehemẽtissime laudatur. Sed tu pro tui ĩgenii bonitate caetera deducito.

XXVIII. Quotiens singularis & pluralis numerus cõnectũt̃ uiciniori rñdẽdũ: idẽq; fit ĩ diuersis generib⁹.

q Votiens noĩa quod ipse quoq; testatur grãma ticus Seruius pluralis & singularis numeri cõ nectũtur : respõdemus uiciniori. Vir. primo aene. hic illius arma hic currus fuit. nõ autem fuerũt. Terẽti us in andria. Amantiũ ire amoris reĩtegratio ẽ. Xeno fontis delitiae meae sunt : hostes eorũq; exercitusque properabat. Atq; ita frequẽtius obseruatur. Ide; fit ĩ diuersis generibus. Nam siue masculinũ siue foemi ninũ ẽ: uiciniori respondeamus. ut uir ac mulier op tima uenit. ĩtelligitur nãq; optimũ esse uirum & op timã mulierẽ quae uenerit. Verum si plurali nume ro uelimus uti : ad masculinum trãsire necesse ẽ. ut uiri & mulieres laeti ꝓperãt. Alexãder & Olympias clarissimi extiterunt.

XXVIIII. Operaepretium est.

o Peraepretium ẽ quod puenustum ẽ: significat modo utile esse: modo necessarium : modo iu cũdum : modo laudabile. Atq; his significationibus id nominis ueteres usurpabant.

Virg. 43
Ter
Operepretiũ

XXX. Frui.

f Rui quapiã re ẽ fructũ siue utilitatẽ uel uoluptatẽ pcipe ex ea. ut quom dixerit qs: ocio fruor.

XXXI. Præ se ferre.

p Rae se ferre aliqd ẽ uerbis aut ĩdiciis quibusdã id ostendere: & quodãmodo confiteri. M. cato præ se fert grauitatẽ. hilaritatẽ præ se fert lællius.

XXXII. Rationem habere.

r Ationẽ habere ẽ respectũ habere. sed ut planius exponã. habere rationem alicui⁹ rei: ẽ rẽ cõsyderare: ut habere rationem tẽporis: loci: psonarum: ẽ ea omnia ratione cõplecti: & cõsyderare.

XXXIII. Cõplector animo.

h Anc rem mẽte animou e cõplector. idest hanc rem cõsydero: & uoluto ĩ animo.

XXXIIII. In animo est.

i N animo ẽ significat ĩ animo habeo. & animus mihi est. idest uolo.

XXXV. Certum ẽ mihi.

c Ertum est mihi ẽ deliberaui & decreui.

XXXVI. Prosequor.

p Rosequor te laude ẽ te laudo. psequor te honore ẽ te honoro. psequor te pbro ẽ te uitupo.

XXXVII. Bene mereri.

b Enemeritus sum de rep. ẽ beneficium in illam cõtuli. benemereri de amicis: ẽ cõferre ĩ amicos beneficia.

XXXVIII. Aeque. ac. & atq;.

Frui

Præ se ferre

Ratione habere

a Eque pro ita : ac uel atque pro quam uel ut ornatissime ponũtur . exemplũ ẽ . aeque te laudo atq; Ciceronem . i . sicut Ciceronẽ.

XXXVIIII . Haud secus .

h Aud pro nõ secus pro aliter ĩ eadem oratione uenuste ac concinne se habent . ut haud secus sentio atque tu . i . ita sentio sicut tu .

XL . De comparatiuo loco positiui .

n Onnõquã & perpulchre cõparatiua ꝓ positĩs ponũtur . ut Alexander Macedo corpus habebat imbecillius : quod imbecillũ significat . Satyri ĩ scelera uæhemẽtius ĩuehuntur : qd' ẽ uæhemẽter .

XLI . Dare rẽ uitio uel laudi .

d O tibi hãc rem uitio : ẽ uitupo te de hac re . do tibi crimini : ẽ te crimĩor . do tibi laudi . i . te laudo .

XLII . De subiunctiuo . loco ĩdicatiui & illius ꝓ hui⁹ temporibus .

s Ed ne illud quidẽ negligẽdum ẽ subiunctiuus modus ꝓ ĩdicatiuo : & illius tẽpora ꝓ huius tẽporibus ĩterdum haud illepide ponũtur . ut uelĩ pro uolo . & gererem ꝓ gerebam . dilexerĩ pro dilexi . fecissem pro feceram . gratũ fuerit pro gratũ erit . feceris ꝓ facies . Id omniũ multũ ornatissimũ : si opportunis locis agatur . quod ubi factitandum sit : & peritorum aures facile censebunt : quamobrem exercitatio ad

hibenda ē nō mediocris quæ omniū magistrorū praecepta supat: quod si quis nouerit graecas litteras: ei: quod modo explicatū ē: nō difficile psuadetur.

XLIII. Partim hominū & hui⁹ aduerbii geminatiōe.

p Artim hominū uenerunt psæpe dicitur. A. gellio teste. & est idem quod pars hominū. i. quidā homines: nā partim hoc in loco aduerbium est. neq; inclinatur casus. sicut & cum partim hominū dici potest. i. cū quibusdā hominibus & quasi quadā parte hominū: sed hoc tum ē splendidius cū in oratione iterum fuerit additum. ut ē illud. M. Tullii in epistolis. nam qui istic ueniunt partim te superbum esse dicūt. quod nihil respondeas: parti cōtumeliosum: quod male respondeas. & qui ciuitatibus præsunt ptī nobiles sunt ptim populares: quod ē: aliqui nobiles sunt aliqui populares.

Partim

Cicero

XLIIII. Decimus quisq;.

i D etiā ē optimū cognitu: quod dicim⁹ quisq; ē unus ex numero denario: sicut millesimus qsque ē unus ex numero millenario. hinc est illud Cæsaris in cōmentariis. cognoscit uero decimū quēque esse reliquū militem sine uulnere: quo exemplo uti p pulchrum est.

XLV. Quotusquisque.

q Votusquisque homo. i. quot homines. quotus qsq; miles idest quot milites.

Perq̄

XLVI. Perquam cū positiuo.

p Erquā una dictio dumtaxat pulcherrie positis adiungitur nomibus, ut perquā doctus philosophus, perquā comis amicus.

XLVII. Alias geminatum locū tenet mō aduerbii.

q Vid illud: nūquid nō lepidissime usurpamus: ut in eadē oratione iterū alias usurpatum locū obtineat modo aduerbii: quale esset: si qs dicat, oēs hoīes eodem sunt ferme nati īgenio: alias qdem ridēt alias uero lachrymant, omēs itē ciues alias boni alias mali nūquā eisdem sunt moribus.

XLVIII. Ire in castra.

m Arcus Antoni⁹ iuit ī castra: multifariā dicitur. M. antonius castra petiuit. in castra profectus ē. Se ad castra contulit. Se ad castra recepit. Se ad castra perduxit.

XLVIIII. Viginti annos natus.

Ic habet uiginti annos: quod ueterū cōsuetudine dicitur cōtra pedagogicā opinionē aliis quoq; rationibus dicitur, hic uigesimū annum agit. degit uigesimū aetatis ānum. ē uigīti annos natus. Sed hoc postremum oratori cōgruit.

L. In eloquentia laborare.

c Icero laborat ī eloquentia: Cicero operā ī eloquētia confert. Cicero dat eloquentiae operā. Cicero tempus in eloquentia cōterit. Cicero aetatem

in eloquentia cõſumit. In ſtudium incumbit eloquẽtiae. & alia deduc pro tuo iudicio.

LI. Habeo. teneo hanc rem memoria.

h Abeo hanc rem ĩ memoria nõ minus uſitaté dicitur quã habeo ſiue teneo hãc rẽ memoriæ. teneo hãc rem memoria: huius rei memoriã habeo.

LII. Voluptatis me capit obliuio.

o Bliuiſcor uoluptatis uel cuiuſcũq; alterius rei: uoluptatis me capit obliuio. amicorũ me capit obliuio. & idem uerbũ cũ cæteris noĩbus iunctum diuerſa ſignificat cõſimili ordine. ut capit me ſacietas ciuitatis. & capit me hominũ odium.

LIII. Contineo me ruri uel in urbe.

u Irgilius rus incolit: ciuitatẽ habet. perpulchre dicitur cõteneo ſiue cõtineo: ut Vir. ruri ſe continet: tenet ſeſe in urbe.

LIIII. Præter & præ uenuſte oſtentant aliquam rem aliam antecellere.

s Iquis uellet oſtentare aliquã rem aliã antecellere & ultra illã ualere: uenuſte dicitur: uel ꝑ accuſatiuũ præpoſita praeter: uel cum præ ablatiuo præpoſita. ut Cæſar praeter cæteros rebus bellicis pollebat. uel praecaeteris pollebat. uel Caeſar ultra alios pollebat rebus bellicis pulcherrime dicitur.

LV. Est facili ingenio uel facillimis moribus natus.

l Aellius habet faciles mores uel facilē naturā. ornatius dicitur. Lælius ē leni ingenio natus: facili natus ingenio uel facillimis moribus. Scipio natus ē tristi ingenio: & de reliquis cōsimiliter.

LVI. Valeo & Polleo cū ablatiuis.

u aleo & polleo uerba & splendida sunt & latissime patent: & ablatiuo casu cōiunguntur hoc pacto. Aurelius Augustinus plurimū īgenio ualuit. Milo corporis uiribus plurimū ualuit: Hippocrates ingenii bonitate: Mitridates memoria: Marcus Cato ī ciuitate plurimū auctoritate pollebat:

LVII. Clareo & Floreo.

c Lareo & floreo eadem ferme ratione se habēt: ego apud diuū Cæsarem multū siue possum siue ualeo: ornate ac splendide dicit̄. apud diuū Caesarē plurimū mea ualet auctoritas. Hortensius multū pōt in senatu. Ornatius: multum Hortensii ī senatu auctoritas ualet. quæ potissimū significat eā opinionē quae ē apud homines de alicuius uiri præstātia: quæ uulgo ac trita cōsuetudine reputatio nuncupatur.

Auctoritas

LVIII. Sum datiuo iunctm habere significat & quodammodo possidere.

c Aeterū id perbellū est. Est mihi apud te fides. idest tu adhibes mihi fidem: quod ē accurati⁹

125

aduertendū nam plaerūq; ſolet ſum es eſt uerbū datiuo iunctum ſignificare habere & quodāmodo poſſidere :ut ē mihi pecunia:ē Caeſari magna poteſtas:illud ſignificat me pecuniam habere :hoc habere Cæſarē magnam poteſtatem .cuius conſtructionis crebra apud priſcos :& diſertos uiros obſeruatio eſt.

LIX .Recordor hāc rē .haec res mihi ī mentē uenit.

e Go recordor hanc rem potius quā huius rei dicitur:ac idē dicitur:huius rei ſubiit me recordatio :haec res mihi in mentē uenit :ſed magis proprie ī mentē uenit ē mihi occurrit uel mihi ſuccurrit:quod poſtremum minus uſitate dicitur.

LX.Praeſto ātecello aliqñ cū accuſatio alñ cū ablatio.

p Raeſto & antecello quæ uenuſte perſonāt uerba:aliquādo datiuo:aliquādo accuſatio pulcherrime iunguntur cū acceſſione ablatiuorū eius rei cuiꝰ ē præſtantia :ut praeſto tibi acumine ingenii.

LXI.De frequētatiuis uerbis loco primitiuorum.

s Aepenumero frequētatiua uerba quae appellāt :primitiuorū uerborū a qbus originē traxerūt :ſignificationē retinēt.Præſertim ſi prima illa aſperiora fuerit.ut cōiecto:pro coniicio : mālito ꝑmaneo

imperito pro ĩpero : ãplexor pro amplector : & alia itẽ pene ĩnumerabilia : si quãdo uerbi asperitas ulla cõtin gat : quod eruditorum iudicio relinquimus

LXII. De & dis mutant significationem :

d E uerbis adiecta præpositio plæpe contrariam mutat significationem : ut precor & deprecor cõ traria sunt : hortor & dehortor. Nõnunquã idem dis efficit. ut suadeo & dissuadeo : quãuis ĩ eisdem uerbis nõnunquã auget ppotius quã uim cõmutet.

LXIII. Ex & de amplificant.

e X & de compositæ uaehementer amplificant. ut exoro quod ab ex & oro deductum ẽ : signi ficat ĩpetro. Terẽtius in andria. Gnatam ut detoro : uixq; id exoro.

Exorare

LXIIII. Suadeo persuadeo. facio. perficio.

s Icq; suadeo significat orationis officium : quod ẽ benedico : atq; psuadeo benedixisse significat. quod ẽ oratoris finis : Idest impetro atque obti neo. unde & crebro nõ solum suadeo uel etiã psuadeo sed facio & pficio explorata sunt.

Suadeo
Persuadeo

LXV. De aduersatiua dictione.

p Lurimũ etiam orationem ac sermonẽ exornat aduersatiua quanquã modo indicatiuo ɔiunga tur : quod ubiq;. M. C. seruauit : aliiq; doctissimi uiri : sed huius exemplũ sit : Quãquam te ante hac dilige bam : nũc tamẽ ob singularẽ uirtutem uaehementer

admiror : nã tria sunt quæ quodã sibi ĩuicem ordine cõiunguntur : quorũ prius ac leuius ẽ diligere : postremũ admiror . quod uæhemens ac præcipuũ est : & eorũ mediũ obseruo : quod ẽ reuereor : & colo : ex quo obseruãtia reuerentiam significat . Sed item aliud exẽplum : quãquã mihi sunt omniũ amicorum iucũdae litterae : tuae tamẽ iucũdissimae fuere . Verũ sʒ ꝑ tamẽ post quãuis raro collocamus : ut quãuis mihi antehac carus eras . sed nũc profecto es carissimus .

Obseruans
Obseruantia

LXVI . Non solũ . sed etiã . uerũ etiã . uerũ quoque .

a D haec illa duo orationem puenustã reddũt sibi ĩuicem respondẽtia : quorũ alterum est non solũ : siue nõ modo : seu nõ tantũ . Alterum ẽ sed etiã uel uerũ etiam : uel loco etiam posita quoqʒ & aliqbus ĩteriectis . quorũ oĩum exempla subnectam . Hæc mihi res nõ solum grata ẽ sed etiã iucunda . M . Antonius nõ modo erat Ciceronis inimicus : uerũ etiam hostis patriæ . M . Cato nõ tantum ingenio ualebat : sed uirtute quoqʒ florebat plurimum . Alexãder non solum reliquũ orbem subegit uerũ ẽt & ipsum quoqʒ romanũ imperium cogitabat attingere .

LXVII . Tam & quam .

e T sic etiam tam & quam sibi conrespondent : ut tam cara mihi patria est : quã tibi iucũda uita : sed facile tute haec intelliges .

LXVIII. Ego ipse pro ego met.

p Ro eo autem quod cæteri exprimere cōsueuerunt Pronomibus addentes uel te uel met syllabicas adiectiones: Cicero potius idem effecit hoc ꝓnomīe ipse: a: um: & illarū fere adiectionū locum obtinet. ut ego ipse, magis quā egomet: tu ipse: ille ipse: nos ipsi: uos ipsi: illi ipsi: ut nunq̄ secus dicendū sit.

LXIX. Vt familiaritatem cōuersationem & similia ornate exprimemus.

t V mihi familiaris es: ego te utor familiariter: tu mihi amicus es: ego te amico utor: tu mihi magister es ego te magistro utor: ego tecū freq̄nter uersor freq̄ns mihi tecū ē cōsuetudo quae saepe cōuersationē significat. Habeo tecū magnā amiciciam: magna tecū mihi ē amicicia: & itē alia ꝑmulta. ut sunt cū omībus malis uiris inimiciciae: nam rectius dixerimus inimicicias ī plurali numero quam singulari.

Jnimicitie in pl[ur]i

LXX. Nihil cum comparatiuis.

s Ed neutra uox ac potissimū ī comparatiuis nomibus tū femininā tū masculinā reddit orationem. Vt nihil ē hoc homīe melius. fere ē idem quod nullus ē homo hoc homīe melior. Nihil hac uirgine ē formosius: quasi id ē nulla uirgo hac ē formosior. & in cæteris aliquando consimiliter.

LXXI Muuus pro officio. & cōsimiliter partes.

m Vnus pro officio ornatissime dicitur. ut hoc est amici munus. idem & amici officium. fungor boni uiri munere. ferme idem ē quod facio boni uiri officium. Sed & partes plurali numero cōsimilem habēt significationē. ut. meæ partes sunt: idest officium meū ē: uel pertinet ad me. Munus Partes

LXXII. Caueo cum ablatiuo significat ꝓuideo. cū accusatiō uito ac fugio:

c Aueo uerbū & si saepe significat prouideo: ut cautum ita ē lege: perornate tamen accusatiuo iunctum pro uito ac fugio usurpant eloquentes uiri: ut turpes uiri ingenui cauent mores.. Caveo

LXXIII. Memini cum accusatiuo.

a T qui & memini rectius atq; usitatius accusatiō iungitur quā genitiuo: ut memini platonis sciētiam: & Virgilius in bucolicis. Numeros memini si uerba tenerem: nec mirum si ī his quae potius solutæ orationis Virgilii maronis afferam testimoniū: quē nō solum poetam egregie eruditū sed ēt rhetoricae artis ubiq; obseruantissimū fuisse cōstat.

LXXIIII. Poenitet idest parum uidetur.

p Oenitet me quid significat notissimū ē: sed pro parū uidetur usurpāt oratores & pstātes doctrīa uiri Penitet

Vaco

LXXV. Vaco cū datiuo attēdo. cū ablatiō uacuū esse

s Ed idē sæpe uerbum uariis cōstructioībus positum haud eādem retinet significationis uim. Vaco huic rei: ē attendo huic rei: Et uaco hac re: ē hac re sum uacuus: & id qdem ornatissimum est: ut boni uiri dant operā: ut pturbationibus uacent: id est liberi & uacui sint.

Animaduerto

Animaduersio

LXXVI. De animaduerto & animaduersio.

a Nimaduerto fere idē est: quod uideo: & quodā modo intelligo: at aīaduerto cum accusatiuo cō structum i praeposita idem sibi uult: quod punio: ut Speusippus aīaduertit in seruū platonis. idest punit Platonis seruum: ex quo aīaduersio punitionē quādam nonnunquam significat.

Refero

LXXVII. De Refero cū datiō & actūo mediāte ad.

a Tque item refero tibi hanc rē idest tibi narro. sed refero ad senatum: refero ad populum hāc rem. idest pono hāc rem in cōsultatione uel populi uł senatus: qui usus uerbi huius apud historiarū scriptores frequētissimus est.

LXXVIII. Dare litteras tibi uel ad te.

q Vid uarii quoq; casus eidem uerbo sæpe iūcti: nōne magnam ac longe diuersam uim habēt:

quale sit Do Bibaculo ad Cæsarē litteras: nā dantur bibaculo deferenti ut cæsari reddat: ad quem mittūt litteræ: eas igitur leget Caesar: bibaculus uelut tabellarius quidā refert: nā qui refert litteras consueuit tabellarius appellar i. Verū nequid huius rei ignores: dare litteras significat scribere siue mittere litteras illas.

Tabellarius

LXXVIIII. Vnas binas trinas litteras pro una duabus tribusue exemplis dicimus.

n Ec te fugiat: quod ꝑ epistola dicimus litteras plurali numero. Nec obstat poetarū cōsuetudo. & pro una epistola dicimus unas litteras. nam id nomen cum his quæ pluraliter solum iflectūtur plurale quoq; retīet numerū: unae nuptiae: unae bigae: una moenia: Sed ut ad propositum redeā pro duabus epistolis dicimus itē binas litteras nō autē duas: ꝑ tribus epistolis ternas litteras nō tres. pro quattuor litteris quaternas: & quae deinceps sunt cōsimili ratione.

LXXX. Infinitia oratio ꝑ cōiunctiua puenuste poit.

i Nfinitia oratio ꝑ coniunctiūa perquā pulchra ē. ut uolo te ad me scribere. cupio te athenas ꝑfici sci: Et illud terētianum Quid facere te in hac re uelim: significat enī quid uelī quod tu ī hac re facias: Velī ciues omnes unanimes esse. idest uelim: quod unanimes sint & cōcordes Sed hoc tibi sit cōcinnius:

Terentius

ubi nullum sit ambigui sermonis discrimen: neq; eni omnino rectũ sit: si quis dicat: uolo te me amare quã uis plærũq; id suppositionis locum habeat: quod ĩfini tum uerbũ ĩmediatius post praecesserit. Vt puto pyr rhum romanos uincere posse idest credo quod roma ni possunt pyrrhum uincere. sed id pro uiribus ca ueat orator: quod modo præceptum erat de cõiuncti ua atq; ĩfinitiua oratione. praecipue ĩ absolutis uerbis: uel ubi alteri casui fuerit adiecta ꝑpositio seruãdũ sit.

LXXXI. Ex. uel. E. pro. A. uel ab.

EX uel: e: praepositiones: pro: a: uel ab: saepe ornate ponũtur: ut audiui ex maiorib⁹ nostris pro a maioribus nostris: Accepi e tuo patre: uel etiã de tuo patre: quaero ex te idest a te. quod ẽ te cõsulo: & te interrogo: quod aduerte: & ut ui trade.

LXXXII. De pro loco in & secũdum.

Pro

PRo ornate ponitur loco ĩ & secũdũ. ut pro ro stris idest in rostris: ꝓ tribunali. i. in tribunali: & alia pro uiribus tuis idest secũdũ tuas uires: pro tui ingenii bonitate: & pro uirili tua: & similia.

LXXXIII. sub ĩ ꝯpoĩtiõe aut clã aut dĩnute significat

Sub

SVb cõposita a ut clam: aut diminute significat:

ut submouit me promouit me clã atq; occulte aut parũ. ut subirascor tibi. quod ẽ paululũ irascor.

LXXXIIII. Morẽ gerere ꝯplacere & obseq significat

MOrem gerere perornatum uerbũ cõplacere significat: atq; obsequi: inde moriger: ra: rum: a moros quod difficilem significat: quod amorato: qđ institutum significat: plurimum differt.

Moriger Amoro Moratus

LXXXV. Consequor pro exprimo.

c Onsequor pro exprimo pulcherrime ẽ: non possum igitur uerbis ꝯsequi. idest uerbis exprimere litteris cõsequi. idest ꝑ litteras explicare.

Consequi

LXXXVI. Metuo & timeo multis casibus cõiũgũt

m Etuo ac timeo uerba aliquando multis casibus cõiugunt: ut metuit Cicero a. P. Clodio sibi extremum periculũ: timeo mihi abs te mortem. Nõ nunquã ponũtur absolute datiuo sibi iũcto: ut metui Pamphilo: Pãphili uitæ timeo: sed hic ẽ poetic⁹ usus.

LXXXVII. Euado pro fio: & efficior.

e Vado pro fio: & efficior armatum: usitatumq; est. ut Cicero euasit eloquẽtissim⁹: Aristoteles

Euado

euasit summus philosophus: Cæsar uero inclytus ĩperator: & de aliis quoq; similiter.

LXXXVIII. Fore futurum esse.

fore

f Ore semper futuram habet significationem: & est idem quod futurum esse. M. Cicero de oratore libro undecimo loquens de hortẽsio: quem qdẽ ego cõfido omibus istis laudibus quas tu oratione cõplexus es: excellentiorẽ fore: & Crassus fore dicis ĩquit: ego uere esse iam iudico.

LXXXVIIII. quid ĩter dimidiũ & dimidiatũ ĩterest.

Dimidiatũ

Dimidiũ

q Vid ĩter dimidium & dimidiatum ĩtersit: nosse perutile est. Quom enĩ dimidiatum sit: quasi in partes duas diuisum. nisi aliquid diuisum nõ sit: dimidiatum dici nõ põt: dimidium uero appellatur: non quod ipsum diuisum sit sed quod ex dimidiato pars altera ẽ. Non igitur recte quis dixerit pro sentẽcia. M. Varonis: ut ait Aulus gelius in noctibus atticis: dimidiũ librum legi. dimidiam fabulã audiui sed dimidiatum librũ: & dimidiatam fabulam recte quis dixerit: & dimidiatum qdem exempli gratia digitum appellamus: sed alterutrã partem dimidiũ. quod est accurate diligenterq; ĩspiciendum.

LXXXX. Intersum praesum quid differunt.

p Lurimũ autem cõducit nos intelligere: quæ sint nominũ differẽtiae: ac uerborum discrimina. Nam ea quoq; res mirum immodũ exornabit: ut si q nouerint: quid differant praesum & intersum inter se se uerba: pulcherrime quis dicat. M. C. publicis ne gociis nõ iterfuit solum: sed praefuit. quorum illud significat comitem alicuius rei: hoc uero ducem. Cicero 4.

LXXXXI. Cõfiteor. Profiteor. Gratulor. Gaudeo.

e Go non solum cõfiteor quod ẽ per uim: sed ẽt ꝓfiteor quod qdem ẽ spõte & apud. M. T. pſæ pe. Tibi gratulor: mihi gaudeo: nam gaudemus no bis: gratulamur aliis.

Confiteri
Profiteri
Gaudere
Gratulari

LXXXXII. Ago. refero. habeo. debeo, gratiam

e T tibi ago gratiam: quod quidem ẽ uerbis: re fero gratiam: quod est re ac factis. habeo gra tiam quod est in animo: debeo gratiã: ubi aliqua obli gationis uis cernitur & alias.

LXXXXIII. Hæc res mihi cõducit. dono te hac re.

i Tem optimum ẽ non ignorare nominũ diffe rẽtias ut uberior & ornatior nostra reddat͛ ora tio. Haec res mihi cõducit ẽ idẽ: quod mihi hæc res uti lis ẽ: & quod cæteri plaerũque dicunt: dono tibi hanc

rem :pulchrius dicitur :dono te hac re :ut miles naua li corona donatus est:Sabinos romani ciuitate dona runt :quod ē ciues fecerunt :quod item dicunt :Sabi nos romani ī ciuitatem acceperunt.

LXXXXIIII. Praepositio quæ solet adiūgi nomini pulchrius uerbo adiungitur.

i Nterdum uero ꝑpositio quæ nomini & casui ꝑponitur :pulchrius uerbistiusqꝫ uerbum præ cesserit in quibusdā uerbis.quale ē si quis dicat:eo ad te :& dicat potius adeo te :& loquor ad te : potius te alloquor :cedit ex humanis rebus:excedit humaīs re bus .Cedit de uita:decedit uita.& in aliis quibusdam consimili pacto.

LXXXXV.Minus aduerbium.

Minus

m Inus aduerbium quāuis saepe significat nō :nō nunquā tamē cum positiuo iunctū cōtrariæ si gnificationis comparatiuū demōstrat.ut Terentius : Ter. Phædria nemo fuit minus ineptus pro prudentior : & sic nemo te minus formosus.i.deformior:& ita de reliquis.

LXXXXVI.Quid īter decē ānos & decē ānis ītere.

q Votiēs aut multos dies :aut ānos dicimus :per accusatiuū casum longū intelligimus temporis curriculum & fere cōtinuū : sed ꝑ ablatiuum signifi catur ānorū siue dierū īteriectio ītermissioqꝫ quare ut

ait Marcellus optātes rectius accusatiuo uti debent: siquid ad secūdam fortunam attineat. Interest igitur. si quis ita dixerit: decē ānos ī re militari uersatus su. an ita. decem ānis rebus bellicis operā dedi.

LXXXXVII. Cordi. est.

c Ordi homo etiā flexibiliter: cordi homīs: cordi homini: ut Priscianus īquit significat iucūdus: iucūdi: iucūdo. sicut frugi: sed satius mea sententia Marcellus opinatus ē: dicit enī cordi ē: idest animo sedet: nā haec res est mihi cordi. i. placet: Terentius in andria: tibi haec nuptiae sunt cordi. M. C. de perfecto oratore: flumen aliis uerborum uolubilitasq; cordi ē: & lucilius probe declarat: quom inquit. Et quod tibi magnope cordi ē: mihi uaehementer displicet.

LXXXXVIII. De Tantisper.

t Antisper quod quasi est tā diu: ornate post se deposcit dum: quod ferme ē donec: ut illud Terentii ī eautontimerumenon: Tantisper te dici meū uolo: dum quod te dignū ē: facies. ego a te tātisp magna uoluptate afficior dum apud te uiuo. Tantisper

LXXXXVIIII. Quid īter delecto & oblecto. īterest

t V mihi carus es: ego te amo. tu mihi iucundus



Delecto, oblecto cu[m] [illegible]

es: ego te delecto. Sed oblecto & delecto nō similiter struūtur: nā dicimus delectat me haec res: sed oblecto me hac re: ut delectat socratē uitæ ītegritas: Pytacus sese uirtute & doctrina oblectat. ego me oblecto ruri.

.C. fero hāc rē facile. modeste. moderate. æquo aīo.

F Ero hanc rē patiēter seu patienti animo: splendidius dicitur: ego hāc rē facile patior. modeste fero & moderate: & æquo animo: econtra significantia aduerbia: grauiter: acerbe: aegre: moleste: iniquo animo. Hæc mihi iucūda res ē. mihi haec res placet: econtra: molesta ē: displicet.

CI. De affero & dolet mihi.

A Ffero cōmunissimū uerbum ē: & quo multis locis uti possumus: ut secūda fortuna affert mihi uoluptatem. idest me delectat. aduersa fortuna affert mihi dolorem. i. dolet mihi: nam dicimus: hæc mihi res dolet: & doleo hanc rem. Sed redeo ūde digressus sum: litterae tuae afferunt mihi admirationem. i. efficiūt ut admirer. Affers testimoniū. i. testificaris: & itē dispersa ē atque uaga huius uerbi obseruatio.

CII. De perinde cum atque uel ac postposita.

Perinde

P Erīde ornatissīe postulat post se uel ac uel atq;

& habet eãdem uim quam tanquã. ut camillus perinde atq; omniũ sapiẽtissimus: & cherea pinde ac foret eunuchus: & de hac re satis haec dicta sint actenus.

CIII. De Coeo.

c Oeo nõ solum absolutũ ẽ sed nõnũquã puenuste casũ hẽt accusatiuũ absq; ppositione: ut coeo societatem tecũ: & hinc ẽ illud A. gelii in noctibus atticis de pythagora: deq; eius cõsorte. q; qsqs familiae pecuniaeq; habebat i mediũ dabãt: & coibebatur societas in sepabilis. sed eodẽ Cicero pacto aliquãdo ẽ eo uerbo usus.

Coire

CIIII. De mille hominũ in singulari numero.

m Ille hominũ numero singulari significat mille homines: ut mille hominum interiit. hoc ẽ mille homies iterierũt: mille militũ uulneratum est. id est mille uulnerati sunt milites: idque ornatum atq; usitatum est.

mille hominũ
Hor. in sermonib. Mille ouium insanus morti dedit

CV. De primus.

p Rimus & si significat ordinẽ: quod nomẽ consequitur: secundus: & tertius: & deinceps alia eiusdem ordinis noia: tamẽ multotiens significat prĩcipalem: ut hic est nostre ciuitatis unus omnium primus. sæpe significat optimũ: sed id postremũ in raro ẽ oratorum usu.

Primus

CVI. De interdicto.

i Nterdico tibi hac re & nõ hãc rem. ut ĩterdico tibi aqua & igni : Plinius secũdus ĩ epistolis : carent togæ iure : quibus aqua & igni ĩterdictũ ẽ.

CVII. Quæ nomĩa ornate sincopãtur.

n Vnc uero ad reliqua : neq; enim nisi inuitus omiserim : quod quae nomĩa ad numerũ spectant : ĩ eorũ pluralibus genitiuis symcopam efficimus : idq; cũ usitatum ẽ tum ad exornandã orationem ptinet. ut mille nũmum potius quã nũmorum : mille denariũ mille aurum tot millia argentum : & ita de reliquis : & id ingenitiuis omnium nominũ secũdae declinationis frequenter efficiunt.

CVIII. Citra centenarium & post uigenarium minor numerus maiorẽ elegãter pcedat mediãte cõiunctione.

s E dprosam scribentes & solutam orationẽ ĩ nominibus solũ numeros & mẽsurã significãtib⁹ atq; ĩ numerorũ noĩbus eam plærunq; seruamus cõsuetudinẽ : ut circa centenariũ numerũ si quãdo post uigenarium duo numerì cõmemorãdi sunt : ut eorũ minor praecedat maior sequatur. ut hic est unum & uiginti annos natus : duos & uiginti annos uiximus tres & quadraginta dies nauigaui : quattuor & qua

draginta ānorum cōsumpsi ætatem : sed ultra cente nariū : & citra uigenariū tritum ac uulgare seruamus sermonem : quod aūt sicut duo deuigīti nōnūquam dicimus & duo detriginta . ita & duo deuigesimū di em : & duo detrigesimū manifestum ē . sed nō id qui dem ī frequenti ē oratorum usu .

CVIII . In dies & ī diem .

In dies

q Vid ī dies nōne pulcherrimus sermo ē ? At si gnificat per singulos dies : & quottidie sed cū quodam ī cremēto . ut tua ī dies accrescit uirtus : in di es hoīes sapiūt : stultorum hominū in dies augescit ī

In diem

dietim sania . In diem uero idem ferme ē quod dietim .

CX . Vt ī uerbis actionem aut passionē significanti bus uarietati studendum .

i N uerbis tam actionē quā passionē significan tibus cōsyderare debemus uarias uocum infle xiones atq; exitus : et modo iis modo illis uti pro au rium iudicio : ut fuere pro fuerūt : amarūt ꝓ amaue runt : uidere pro uiderunt uidebere pro uideberis : norī pro nouerim . et de aliis quoq; eodē modo. Sed neqd fiat contra grammaticae artis p̄ceptiones ac iura prouidendum ē .

CXI . De Quin.

Quin

q Vin particula quõ uel ĩcœperit uel exhortetur item cõfirmet & quodãmodo ĩterroget: satis ex ploratũ ẽ: sed ea nos pulcherrime utimur: quom dici mus: nõ possum: qn gestiã: qn admirer. significat enĩ fere nõ possum me cõtinere: ut nõ gestiam: non possum cõtinere me: ut nõ doleã. & ita de cæteris cõ similiter.

CXII. De locus ẽ uel multũ. aut nihil loci ẽ huic rei.

q Vid illud nonne praeclarũ ẽ usu? locus ẽ huic rei: multũ loci ẽ gaudio: plurimum loci ẽ tran quillitati: Terentiꝰ etenĩ dãue nihil loci est segnitiae. si gnificant omĩa haec: uel oportere nos lætari uel tran quillos esse: uel uoluptate affici: uel nõ negligentes esse ac segnes: & sic ĩ aliis huiusmodi.

Terentius

CXIII. De magnopere & similibus.

n Onnunq̃ uero duo nomĩa siue praepositione addita siue unius aduerbii uim retinẽt: ut ma gnopere pro ualde uel maximopere pro plurimũ. ma iorem ĩ modum pro maxime: mirũ ĩ modum pro mi rabiliter: & item mirãdum ĩ modum

CXIIII. De in primis & similibus.

s Ed ablatiui casus siue cũ cõmertio praepositiõis uel sine uim habent aduerbii. ut ĩ primis signi

ficat enī precipue. & id graeci dicūt atq; aduer biū ipsum si ita appellādū ē: pornate noībus iungit ut in primis sapiēs in primis eruditus: sed ne a pposi to digrediar: paucis īterdum pro paulū: multis p mul tum utimur. uerū hoc alio loco opportunius.

Inprimis

CXV. De gerit cū nomie magistratus siue imperii.

i Lle etiam modus optimus ē: ut si quis dicturus sit quēpiā habere aliquē honorem seu magistra tum seu imperiū: ut ex noīe honoris eiusmodi & gero ris. uerbum. pulcherrimā cōstituit orationem: hoc pa cto: hic est Romæ consul. romæ cōsulem gerit: ptorē gerit: alia huiuscemodi: ad hos enim uiros rerum cu ra atq; administratio ptinet.

CVI. De interlegendū & similibus.

u Sitata & perpulchra ē sermonis ratio · ut gerū diuorū accusatiuis praeposita īter significet tem pus īpfectum indicatiui uel subiunctiui modi: uel al terius: etiā dum pticulam: ut īterambulādum hostes offendi. hoc ē dum ambularem. īterlegēdum ridebas idest dum legeres: & sic pro uarietate psonarum ita exponendum ē. uti modo explicauimus. hinc serui us in bucolicis Virgilii: interagendum dum agis: īter coenādum dum coeno: haec sum locutus.

Interambulandū
Interlegendū
Interagendū
Intercenandū

CXVII. De in pro erga uel contra.

i N pro erga & etiam contra pulcherrima ē accusa tiuo præposita: ut meus in te animus: mea in te beniuolentia: ubiq; enim significat erga. Iuuenalis in uehitur i domicianum: Cicero habuit orationem in catilinam. ibi enim cōtra significat.

CXVIII. De Apprime.

Apprime

a Pprime pro ualde recte apponitur nomibus. quēadmodum de in primis superius dictū est ut uir apprime nobilis: res apprime utilis. & sic de aliis consimili modo.

CXIX. Vt res apte cōiungitur possessiuis.

r Es nomē latū diffusumq; est: sed eo pulcher rime utimur adiectis nomibus possessiuis. præ sertim huiusmodi: ut cum dicitur res bellica: res do mestica: & sic de similibus pariter.

CXX. De Praestolor.

p Raestolor uerbu; quod poete accusatiuo plæ rūq; iungunt: Cicero cōnectit datiuo.

CXXI. Assentior & assentio. impartior & īpartio.

m Vlta sunt uerba qbus pro eadem significantia & passiua utimur uoce & actiua: & ut omittā

pœne inũerabilia. Cicero frequẽter in his duob' modo passiuã modo actiuã uocẽ usurpat: Assentior & assentio ubiq; eadem constructionis forma: Et impartior seu impartio: ĩ cæteris aũt id fit multo rarius.

CXXII. Vsu uenit.

u Su uenit ornatissime pro contingit ponitur.

CXXIII. Vsurpatio & usurpare.

u Surpatio & usurpare: ita ĩtelligi debent: ut iuriscõsulti dicunt: Sed usurpationẽ oratores frequentẽ usum uocãt: & usurpare ĩ frequẽti usu hẽre.

Vsurpatio

CXXIIII. Deficit cum accusatiuo.

h Aec res me deficit: idest deest mihi hæc res: & deficit me dies: uita q̃primum mortales deficit sed deficio hac re magis poetarũ est.

CXXV. Omnis pro omnes.

n Vnc autẽ ne ea quae per utilia sunt: & ornatissima omittamus: Intelligendum ẽ: quod quae noĩa terciae declinationis tam nomĩatiuum quã genitiuum singularẽ habent similes: praesertĩ si genitiuus pluralis in ium exierit: eorũ frequenter pluralis accu

ſatiuus in is termīari ſolet: raro in es: ut omnis pro omnes. immortalis pro immortales. manis pro ma nes: similiter ut ipse quoq; teſtatur Priſcianus in n s uel in r s terminātia. ut fontis & tes. partis & tes: ī reliquis rarius id fit: quæ ē poetarum uenia.

CXXVI. De poſtridie.

Postridie

q Vædam aduerbia ſunt quae epiſtolis quāma xime cōgruunt: ſicuti ꝓpediem. q̄primū. cito. cōfeſti. & item poſtridie: quod multi litterarum igna ri & grāmatice artis expertes exponūt poſt tres dies. Sed tu ne eodem ducaris errore: crede poſtridie ſigni ficare poſtero die. & eo pacto. M. C. accepit: & alii eru ditiſſimi uiri.

CXXVII. Primū. deīde. p̄terea. adhæc. poſtremum.

a T ſi quis multa referre uelit pro priore ponat primum uel primo. utrunq; ē ī uſu: pro ſecun do: deinde uel ſecundo loco: pro tertio p̄terea uel ter cio loco pro quarto: quod praro accidit: ad haec uel p̄ terea uel quarto loco: in calce poſtremū uel poſtremo et demū ſit igitur huiuſmodi exemplū. tria ſunt quae mihi magnā uoluptatem afferunt: primū enī quod optimū amicum nactus ſum: deinde autē: quod ſigu larem tuā erga me ſaepe teſtificaris beniuolentiā. po ſtremum uero: quod te īcolumen eſſe intellexi.

CXXVIII. De ordie harū ꝯiūctionū enī . aūt uero.

q Va in re id quoq; animaduertēdum ē q̄d' tres meminimus coniunctiones recto atq; usitato ordine: quæ sunt enī: aūt: uero: sed tu ipse ac multa etiam plura facile cognoris: si Ciceronis scripta & in primis eius epistolas lectitabis.

CXXVIIII. Memoriæ proditum ē.

m Emoriae proditum ē: significat scriptum ē: multa enī talia ornatissime usurpantur uariis tamē significationibus. ut memoriae tradere: mādare litteris: mādare scriptis: mandare litterarum monumentis: quorum ferme omniū eadem uis ē. sed mandare memoriae aliud sibi uelle uidetur.

CXXX. Fallit me haec res.

f Allo uerbum tritum ē apud Ciceronem. & fallit me haec res: dicimus fallit te spes quod est frustratur: & decipit.

CXXXI. Missum facere.

m Issum facere pro dimittere. uenustum & ornatum ē: nā missam hanc rem facio. i. dimitto.

CXXII. De ne & quidem.

a D haec & eadē oratione duae hae particulae ne & quidem pulcherrimæ ſunt: ſiquis fuerit illis recte uſus: nam cū ponuntur ſemper, aut aliquid dictum ē: aut id mente cōcipitur, ut ne audiui quidem. ſignificat enī exēpli cauſa non ſolū non uidi: sed nec auidiui: Itē aliud exemplū. philoſophiae ſtudia zeno nō modo nō īntermittit: ſed ne remittit quidē: remittere namq; philoſophiam ē remiſſius philoſophari.

remittere

CXXXIII. De ordine pluriū ſine cōiunctione.

s Ed ea quoq; adhibenda diligentia eſt: quod ſi quando plura ponimus præſertim ſine copulatione: qui articulus ē, ut ſi idem ſignificare uideantᷣ: quod uæhemētius ē: ſemper collocetur ī calce. ut tua uirtus laudanda: probandaq; ē: nam probare ē magis quod fit animi iudicio. Magiſtratus diligere, amare, colere debemus. probatiſſimos uiros homīes uerentur, obſeruant, admirantur, quæ turpia, obſcoena, fœda, tetra, ſunt: ea fugere: & aſpernari debemus, uirtutis officiū ſumma laus ē. nam habet officiū acceſſionē actionis. sed ī his quoq; ordo quidā ſpectādus ē. qd' ſi tria ſint: quorū duo ꝑtem aliquā ſignificēt: tertium ſit cōmunius: id ꝓfecto debet plaerūq; in fine collocari: niſi ſe habuerit quodam generis modo: tunc enī econtra fit. quod nunc liquido ac perſpicue pate

Probant

fecero .ac prioris exemplum ē. Omnis ī adipiscenda uirtute : cura : opera : diligentia : ponenda ē : est enim cura solius animi. opera corporis : diligentia utrūq; cō plectitur : Item plurimū in remp. industriae laboris temporis ponēdum ē : Amicos cōsilio : uiribus : ope ra . adiuuare debemus. Alterius uero exempla sunt. non sunt per se res cōmodae expetendae diuitiae : uo luptates : honores : cōmodum enim generis locū de tinet : cuius species sunt multæ . puta quas modo me morauimus : atq; item animalia quaeq; : homines : eq leones bonum uidetur appetere : sed utcunq; sese res habeat : si multa sint ; quod pluris est : poni debet in fi ne . Iam uero ad alia .

CXXXIIII . Quisquis . ut ut . ubi ubi .

m Vltociens geminatio in quibusdā tam uerbis īfinitis q̄ aduerbiis tanti ualet : quāti id nomen semel & cūq; : ut qsquis pro qcūq; : quotquot ꝓ quot cūq; : quātusquātus : ꝓ quātuscūq; : qualisqualis pro qualiscūq; : utut pro utcunq; : ubiubi pro ubicūq; : & id aduerte diligentius :

quotquot
quantusquātus
qualis qualis
ut ut
ubi ubi

CXXXV . Accedit .

a Ccedit pro additur : tā usitatum quā pulchrū uideri debet : unde accessio additionē designat : igitur accedit ad meas miserias dolor . i . additur .

Accessio

CXXXVI. Confido.

c Onfido non ſicut quidam arbitrantur. neſcio: quo pacto ſtruitur. ſed iungitur alias datio: aliaſ ablatiuo caſui: & in his potiſſimum uerſatur: quæ ad animum ſpectant: ut cõfido tua uirtute. tua humanitate. tuo conſilio. & reliqua.

CXXXVII. Credo prõ committo.

c Redo quoq; pro committo ornatiſſimũ ẽ. Vt credo tibi mea cõſilia. credo tibi grãdem pecuniam: & ſic de aliis.

CXXXVIII. Grandis maior. uel minor natu.

g Rande adiectiuũ uomẽ probe uel ætati conuenit uel pecuniae. pecuniae exemplu ʒ ſupra poſuimus. Sed hic grandior Neſtore uidetur: quod neſtorem ãte eat aetate: & hic ẽ grandis natu ſignificat longæuum hominẽ: atq; admodũ ſenẽ: Et quia de natu mẽtio facta ẽ. Maior natu ornatiſſime ſignificat ſeniorem. ſicut minor natu iuniorem.

CXXXVIIII. De parentheſi

NSuper haud illepida ſit ĩterpoſita nõ nunquã in oratione atque ĩteriecta parẽtheſis: Vt dedi

sti ad me: quæ mea ē sūma uoluptas: suauissimas litteras. omnes amicos: nisi fallor: plurimum admiraris. Scire uelī ex te: ea namq; āmicorū est cōsuetudo: qd nuper in. M. Antonii causa egeris: & ita demum te postulante nostram orationē eiusmodi interpositionibus aspergamus.

CXL. De increbruit.

h Aec res apud me īcrebruit fere significat ad aures meas puenit: & rei noticiam significat.

CXLI. Vt nos nescire quid dicemus.

n Escio hanc rem. ignoro. præterit me. fugit me. latet me. huius rei nescius sum. ignarus sum. haec res scientiam meam fugit.

CXLII. Reliquum est.

h Oc reliquum ē. hoc restat. ppulchre & magno cum ornatu idem significat: exemplum ē: oīa tibi & natura & furtuna tribuit: reliquum ē: ut bene & laudabiliter uiuas.

CXLIII. Vulgo idest ubique.

r Vmor ē uulgo: idest ubique & communiter Vulgo

dicitur ; & ornatus sermo est.

CXLIIII. Accipere pro audire & cognoscere.

a Ccipere pro audire: & cognoscere per uenuste dicitur ut accepi rumoribus. quoꝝ est incertus auctor. Accepi hominum fama: quæ certo auctore cõtinetur. Accepi nuntiis quos nuntius: & qui mittitur affert. Accepi litteras : quas ab amicis accepimus & a liis : item cõsimilibus locis.

CXLV. Hisce. hosce. hasce.

p Ronominibus articularibus demõstratiuis cõsueuerunt oratores addere. ce. adiectionẽ ĩ his casibus qui ĩ s desinũt euphoniae causa ut hisce. hosce hasce. pro his. hos & has.

CXLVI. De trãslatione huiꝰ præpositionis cum.

s Aepe praepositio. quæ praeponi solet postponitur & significãtia eadem manet : & in qbusdã qdem semper quae sunt mecũ. tecum. secũ. nobiscuꝫ. uobiscũ. In quibusdã quoqꝫ nõ semp. ut qui cum. quo cum. quibus cum. te ꝑpter. ac etiã propter te idẽ significat : & sic quibus cũ. & cum qbus: & in his potissimũ ea praepositionũ translatio fit : quæ modo enumerauimus.

CXLVII. Clam praepositio potius q̃ aduerbium.

c Lam plærũque praepositio est: & non nunquã aduerbium. Sed oratores praepositionem potius accipiũt: siue iungatur ablatiuo: uti priscianus sētit siue accusatiuo. quod opinatur donatus. Vt clam me ꝓfectus es: idest me nesciēte.

Clam

CXLVIII. Corã & præpositio & aduerbium.

c Oram cũ accentu ĩ prima syllaba præpositio ē & q̃d significet nemo ē qui nesciat. cũ accentu uero ĩ ultima syllaba aduerbiũ pulcherrimũ ē: significans: ut ita dicam. Praesentialiter: quo frequentissĩe docti uiri utũtur. ut apud. M. C. cupio tecũ coram iocari: & corã tecum loqui.

Coram

Cicero

CXLIIII. De aduerbiis in i & in u desinētibus.

m Vlta aduerbia in i exeuntia: ēt in ipsis epistolis pulcherrima sunt. sed haec in primis. ruri. uesperi. belli. domi. Multa item ĩ o ut sero. serio. cõsulto. postremo. modo. falso. merito. precario. caetera uero ĩ eodem exitu desinētia haud ĩ frequēti sunt oratorũ usu. In u uero crebra sunt. ut diu: cuius manifesta significantia ē inter diu. quod quasi ē infra medii diei tempus. & noctu pro nocte. quod magis nomē ẽ unde diu: noctuq; dicimus.

Interdiu

CL. nullus pro non.

n Vllus nulla nullum nō nūquā pro nō præser ti sum es est uerbo adiūcto. ut nullus sum. i. interii: res publica nulla ē: quasi nō ē: & extincta est. idq; etiā ornatissimū fuerit.

CLI. Præsto sum idest adsum uel appareo.

p Raesto sum significat adsum: & fere appareo: & sic idem aduerbium eiusdē uerbi modis om nibus ac temporibus pnenuste cōnectitur in eadem quā modo posuimus: significantia. ut præsto mihi fuit seruus tuus urbem ingredienti.

CLII. Licet mihi bono uiro esse uel bonū uirum.

l Icet mihi esse bonum uirum: & licet mihi bono uiro esse. utrūq; latine: atq; usitate dicitur. sed id posterius magis oratorium est.

CLIII. Perpetuo & in perpetuum aduerbia.

p Erpetuo & in perpetuum aduerbialiter pro eodem: & eis frequenter utimur.

CLIIII. Deuincio pro obligo.

d Euincio uerbum cũ pulcherrimũ est: tum præcipue epistolis congruit. significat deuincio obligo: & deuinctus idest obligatus. sicut & sæpe obnoxius: quod nõ solum trito more significat quod notum est: sed ẽt deuinctum. Obnoxius

CLV. Collocare apud aliquẽ beneficium.

c Ollocare apud aliquem beneficium ẽ alicui beneficium facere. ut apud gratos uiros beneficium collocasti.

CLVI. Gratificor.

g Ratificor tibi hanc rem praeclare usurpatur.

CLVII. De indulgeo & ignosco.

i Ndulgeo uerbum ẽ sane aptissimum: et splendidi ornatus. quod et datiuo iungitur: et ferme significat do operam: atq; ita exponitur. ut hic nimio somno indulget: idest nimis dormit. nimio cibo ĩdulget. i. nimis comedit. nimio uino ĩdulget: idest nimis bibit. et reliqua consimili pacto. ĩdulgere ẽ quasi concedere: et ẽ uerbum luxuriosum quandam designans clæmentiam: et indulgentem parentem appellamus leniore erga filios ingenio. quare et ab ignosco plurimum differt. Est enĩ ignosco. parco. do ueniam. siue excusatum habeo. ignosco tibi igitur: si quid exempli Indulgeo Ignoscere

gratia admiseris sceleris. indulgeo uero: ut multa agere impune quas. quorũ uerborum discrimen diligẽtissime cõsiderãdum est.

CLVIII. Tantus. Quantus.

t Antus tanta tantum: & quãtus eo modo se habent ĩ oratione: ut raro alterum absq; altero ponatur. ut contio haec tanta ẽ: quãta ante hac unq̃ fuit. Tribuis mihi tantũ: quãtum nec agnosco: nec postulo. tantũ in te ẽ doctrinae: quãtum in doctissimo solet inesse uiro: & ita in reliquis.

CLVIIII. Talis qualis.

t Alis & qualis alterutrũ creberrime ponitur: raro utrunq;. ut talẽ solemus sentire bonum uirũ & subĩtelligimus qualem dicimus. ecõtra orator ẽ illustris: qualis alter nullus repiatur: uerũ hæc de his satis.

CLX. Vel pro etiam.

u El pro etiam particula multis locis rectissime cõgruit. ut Hannibal fuit imperatorũ uel oĩu; prim⁹. tua eximia uirtus: ut te amẽ: uel maxĩe ĩpellit.

CLXI. Versor.

u Ersor uerbum ĩ frequẽtissimo ẽ ueterũ ac diser torum hoĩum usu. pdiffusaq; ẽ ei⁹ uerbi signi ficãtia: ac deniq; uariis potest rationibus exponi. ut ego uersor ĩ litteraꝶ studio: idest do operã litterarũ studio. uirtus circa difficile uersatur. idest uirtus in difficili cõsistit. uersamur ĩ tenebris: ẽ fere sumus ac uiuimus: & quasi stamus in tenebris & quod ẽ exem plis superioribus declaratũ: duos sibi placrũq; ac fre quẽtius casus postulat. Nam aut accusatiuo iungit̃ praeposita circa: aut ablatiuo in praecedente. nam cũ accusatiuo: ut ãte fũdum uersari. ad portam uersaba tur: perraro dicta sunt. sed quẽadmodum cæteris re bus oĩbus ita huic quoq; sũma adhibẽda ẽ diligentia. Versor

CLXII. Enim uero. Sin autem.

n On nunquã duae pticulae ornatissimẽ coniun gunt̃: quarũ eadẽ sit utriusque significatio. ut enĩ uero: nã pro explẽda sentẽtia altera dũtaxat suffi cere poterat: & similiter sinaũt saepe dicimus explẽdæ sentẽtiae causa. eo in loco autem particula nullã omni no uim habet. Sin enim per se significat sed si. Sin aut Sin

CLXIII. Quoad.

q Voad pro quousq;: & pro quando nõ minus ornate ponitur quã latine. ut uolo in urbe esse quoad tu redeas: & ita in plurimis locis consimiliter. Quoad

CLXIIII. Suſcipere.

s Vſcipere nõ ſolum quod tritum uulgatumq; ẽ: ſupra ſe accipere ſignificat: & quodã modo adducere aliquid. ſed etiã p ornate in epiſtolis cõmendatum habere. ut ſuſcepit Ciceronem Cæſar in ſuis rebus aduerſis. quæ utiq; poſtrema ſignificatio haud quãquã: ſi qs ĩſpiciat: accuratius a priore illa aliena ẽ.

CLXV. Poſitiuo adiuncta negatio cõtrarii poſitiui plærunque uim tenet.

o Ptima illa quoq; ratio ẽ: ut poſitiuo cuipiã adiuncta negatio contrarii: poſitiui uim ac ſignificationem teneat. ſed ita plene tamẽ & cumulate illa; expleat. cuius rei exempla ſubiiciam. hic uir ẽ haud improbus. ſignificat enĩ fere hunc hominẽ probum potius quã ĩprobum eſſe habẽdum: & philoſophus haud ignobilis. hiſtrio nõ illepidus. miles nõ inſtrenuus. ciuis haud quaquã malus. Nã in his eorumq; ſimilibus rectius atq; uſitatius dicitur: quãuis laudis cuiuſdã ẽ ſed quaſi diminutae atq; defraudatæ laudiſ.

CLXVI. Peto hanc rem a te.

q Vod grãmatici frequẽtius dicũt. Peto te hanc rem: ornatius nec minus latine dicitur. peto hãc re; a te. & id plurimũ Cicero ĩ epiſtolis cõſueuit.

Conficior

CXVII. Conficior pro pereo.

c Onficior passiua uoce crebro usitatum est pro eo fere: quod ē pereo: & cōfectus sum: & consumptus. uir inops ac miser fame: frigore: dolore cōficitur. & sic aīus ætate: estu cōficitur atq; mærore: labore: & senio cōfectus: & de aliis ꝑmultis itidem.

CLXXVIII. Ablatiui tum participiorū tum aliorū ꝑuenustam reddunt orationem.

a Blatiui casus nō participiorū solum uerū etiam oīum aliorū ī oratione per cōcinne ponūtur. ꝓsertim si qua fuerit significatio temporis: & ꝑticipiis qdem manifestum ē. ut regnante Octauiano Cæsare parta ē uniuerso orbi pax. quasi qua tempestate regnabat Octauianus Caesar. & aliud. Dionisio syracusis tyrannū gerēte grauissima ī sicilia bella sunt gesta: idest quo tempore syracusanorū Dionisius tyrānus erat. sed eodē quoq; modo alia quaedā se habēt noīa maxime uero si dignitatum & bonoꝝ extiterint ut Cornellio & Galba ædilibꝰ curulibus actae ī theatro fabulae sunt. quidam addūt ꝑticipium existētibꝰ sed nos ꝓhibemus: qđ nō ad uenustatem orationis ꝑtinet: addi oportere: & item Scipione consule poeni deuicti sunt. Scipione īperante euersa est Numantia & reliqua eiusmodi pariter.

CLXIX. de gnitiuis cũ possessiuis ꝓnominibus.

l Icet tam grãmatice q̃ oratorie genitiuos quorũ cũq; casualium cum possessiuis quocũq; casu ꝓ latis cõiungere. quod & priscianus tradit. ut mea causa uenit: & cæterorum amicoꝶ. Meũ agrũ & . M. Antonii populati sunt. tuo amico ac fratris gratificare: tuum imperatorem sectare & cõmilitonũ: O noster & fratris amice: sua ille confidit & ciuiũ prudentia. atq; ita figuratur cõstructio in omĩbus possessiuis. hinc terẽtianum illud. meo præsidio atq; hospitis. idq; penitus inspiciendum sit.

CXX. De noĩatiuo possessiuo cum gtõ possessoris.

q Vinetiam discretionis seu abũdantiæ cuiusdam gratia solet addi cum genitiuo possessoris & nomĩatiuus possessiuus. ut suus ẽ C Cæsaris mos. i. ei⁹ mos. & nõ alterius. suus Ticii filius hæres testamento cõstitutus ẽ. suus ut ipse quoq; priscianus exponit ad discretionem eius ptinet: qui secũdum leges suus nõ ẽ: idest sub potestate patris legiptimi non ẽ. suus aũt pro uniuscuiusq; ꝓprio accipitur. Quod ipsum apud uiros etiam eloquẽtissimos frequẽs est.

CLXXI. Quid distant die quarto & die quarta.

Die quarta ꝙ cũ Die quarto } Dra

d Ie quarta ut Nonius Marcellus testis ẽ. & die

143.

quarto: non idem significant. sed masculino genere p̄teritum designatur tempus: foeminino futurum. q̄d uetustissimi tamen aliter protulerunt. ut sic die quarto. pro eo quod aliter Nudius quartus dicitur. Nudius tertius & itidem de aliis.

CLXXII. Quid iterest iter tua cā & tui causa feci.

t Va causa feci: & tui cā feci: ne præter ueterum ac doctorum cōsuetudinē aliquid efficiamus: īter sese haud mediocriter discernūtur. nam tui causa tūc dicimus siquid ei: ad quem sermonem uertimus tui praestiterimus: ut tui causa ad antonii castra profectus sum. quod ē tuēdi tui gratia. Sed tua causa cū tua: ut ita dixerim: cōtemplatione aliquid alteri praestiterimus. ut tua causa fratris tui causam egi.

Tui causa
Tua causa

CLXXIII. De differētia inter genitiuos primitiui & possessiui.

e T quia aliquid de his quae ad possessionē spectant locuti sumus: haud ab re fuerit: differentiā eā proferre in medium quae ē īter genitiuos primitiui & possessiui mei tui sui nostri & uestri. quam tādem priscianus pulcherrime attingit. Vox namq; eadem ē: at uis ipsa longe diuersa. cū genitiuis primitiui simplicē significat possessionem. possessiui uero duplicem. ut mei amicus idest meus amicus. sed mei

filii amicus duplicem cõtinet possessionem. alteram meã in filio. alterã filii ĩ amico. quod eo subiicim⁹: ne quom ornatũ reqrimus uerborũ: uim ignoremus ip sam: atq; in errorem quẽpiã imprudentes ĩcidamus. sed ĩstitutum ꝓsequamur.

CLXXIIII. In mentem uenit.

h Aec res mihi ĩ mentem uenit: dicitur: & cũ gtõ: huius rei mihi ĩ mentem uenit. nec mihi curae ẽ. an pro noĩatiuo genitiuus positus sit utrunq; uero non solum poetae sed etiã M. C. usurpauit.

CLXXV. De temporum cõmutatione.

o Ratores sicut & poetae persaepe: & presentib⁹ tẽporibus utunt̃ pro praeteritis nõ nũquã: & pro fu turis. uerum id qdem multo rarius. sed ecõtra haud crebro fit: nisi forte ĩquam uerbum: quod futuri tem poris ẽ: præteriti loco uel præsentis accipimus. sed mlta quae sup his dici pñt: ĩ aliud poti⁹ tp̃s seruam⁹.

CLXXVI. Similis genitiuo: & plenus datiuo.

s S Imilis & plenus noĩa: quorum prius datiuo iũ gitur: posterius etiã ablatiuo. oratores ut pluri mũ ac fere semper genitiuo cõiungunt: ut similis es tuorũ maioꝝ. dignitatis officii plen⁹. nõ nũq̃ uero sed

perraro proferũtur cũ ſuperioribus casibus.

CLXXVII. Vt ſubiũctiuis ĩperatiua uerba iungũt

s Aepe numero maioris ſignificantiae cauſa uel ornatiſſime imperatiuis ſubiunctiua iungunt quod Cicero efficere ſæpe ſolebat. quale eſt illud: cura ut uir ſis: & alio in loco ſcribens ad filium effice: & labora: ut excelleas.

CLXXVIII. Curritur. Coenatur. Prandetur.

d Ecurritur ſpatium. coenatur rationibus prandetur turtur conſimiliaq; pulcherrime dicunt

CLXXIX. Vt trãſitiua uerba abſolute ꝓferuntur.

a Tque ſicut abſoluta interdum uerba obliquis caſibus adiũguntur. ita trãſitiua quoque: licet non nunquã nõ ſolum pro grãmaticorũ more ſed ẽt pro oratorum cõſuetudine abſolute ꝓferre: præſertim uero ſiqua ſui paſſio cũ actione ipsa ſignificatur: qualia illa ſunt. amo. lugeo. rideo. metuo. quæ tamen transitiua ſunt. nunc abſolute proferuntur.

CLXXX. Determinatis in bundus.

q Væ in bundus exeunt noĩa nõ tã ſimilitudinẽ

Gloriabundus

significat. quod plærique arbitrãtur: q̃ abundãtiã quã
dam potius ac uæhementiã. ut gloriabũdus. nõtã glo
rianti similis q̃ abũde sese uæhemẽterque efferens. quã
opinionẽ eloquentiũ ac eruditissimorũ ubique testimo
niis cõprobatam tu quo firmiter amplectere. Nã ut
alios omittã. A. gellius ꝓbatissimus auctor: & senten

Lætabundus

tia quoque doctissimi Appollinaris. lætabũdus dicit̃: ĩ

Errabundus

q̃t: q abũde laetus ẽ. errabũdus qui lõgo atque abũdan
ti errore ẽ. & tu quoque hisdem utere noĩbus.

CLXXXI. De fraetus.

f Raetus. ta. tum. ĩcerte originis: & ablatiuo iũ
ctum pulcherrimũ ẽ: & significat fere cõfisum:
ac munitũ. ut uestra humanitate frætus. uestra fræ
tus sapientia. non mea uirtute frætus.

CLXXXII. Certiorem facere.

c Ertiorem facere usitate atque frequẽter in episto
lis usurpat̃. Nã facio te hac re certiorẽ: ẽ: tibi signifi
co hanc rẽ. ut sæpissime: uelĩ: me de tua ualitudĩe faci
as certiorem.

CLXXXIII. De habeo.

h Abeo uaria cõstructiõe figuratũ plurimũ orna
tus habet. ut bene haec res se habet. quod est:
fere ut ita dicam: stat bene haec res: & ita bene habeo
me: & cũ participiis. bene me habẽs redeo rure: & cõ
trariũ aduerbiũ similiter ei uerbo iungit̃: qd̃ ẽ male.

CLXXXIIII. De participiis futuri temporis.

p Articipia sæpenumero futuri tp̃ris ornatissime

usurpant^r^ .ut scripturus sum ad scipionē litteras. qd' ē fere debeo scribere :& alia : Tu ad ædes crassi itur⁹ es .quasi ire debes. Cicero ē athenas ꝓfecturus.idest debet athenas ꝓficisci .Plancus in cyprum traiectur⁹ ē. fere ē .nauigare debet in cyprum .quod idcirco ita exposuimus .quoniā is ꝓprie nauigare .is trāsmitte re .is soluere eum locum significat .unde ꝓficiscit^r^. is demū traiicere dicitur : quod eūdē designat : qui ra te uehitur :ut Cicero soluit athenis :& in asiam traie cit .uerū ad ꝓpositum redeūdum ē .Illa igitur partici pia quæ a uerbis manant passiuis :passiue quoq; ex poni debent .ut cuius insons aīus ē: mulctādus nō ē.i. mulctari & puniri nō debet.sontes accusandi sunt:id est accusari debēt .ut flagitiosus ē trudendus ī carce rē .cōiiciendus ī uincula :& alia reliqua exponāt^r^ : ut supra diximus .Nec tamen negauerim :qn eorūdez participiorū alia quoq; ratio sit:sed ea nos modo prose quimur in praesentia : quae uenustius eloquiū red dunt.

CLXXXV .De repeto.

q Vid repeto nō ne pulchre ponit^r^ :si qd ei acces serit^r^ : neq; accusatiuus solum casus .sed ēt abla tiuus. ut repeto hāc rē memoria : qd' nō teneo memo ria significat :ut p multi existimāt. sed potius memo ria uoluto .reminiscor :& quasi obliuioni traditā rur sum īuestigo memoria: hoc nos uti uerbo ornatissīe poterim⁹: quādo:eodē & ueteres eloqntissimi freqn

Reperere

Cicero

ter usi sunt. hic illud Cicerois i libro de oratore. cogitati mihi & memoria uetera repeteti. & Africanus a Neuio accusat⁹ tribuno plebis quod ab Anthioco pecuniã accipisset: commodissime eo uerbo usus memoria inquit quirites repeto hunc diem hodiernum esse quo hannibalem poenum inimicissimũ huic imperio uici in terra africa: & pacem nobis: ac uictoriã peperi inseperabilem. uerũ captus ingenti uoluptate longi⁹ i africani uerbis referendis progressus sum. quãob rem ad nostrum istitutum referat se oratio.

CLXXXVI. Pro mori diem obire. oppetere & similia. pro uiuere autem uitam agere. digere aetatem & similia ornate dicimus.

o Ptimum factu fuerit ne eidem aut modis orationis aut uerbis utamur: & quod initio dixim⁹ uaria plurimum probat̃ oratio: & si ueluti dixi qbusdam flosculis aspergit̃ ut pro mori: diem obire. mortem oppetere: animaꝫ expirare: uita decedere uel excedere uita. animã efflare: uita defũgi: rebus humaĩs excedere: ex uita migrare: res deserere humanas: exire de uita: mortem obire: interire: occidere cõsimiliaqꝫ. Et item pro uiuere: uiuere uitam: uitã agere: degere ætatem.

CLXXXVII. Vt ludo ludum. sic & uiuo uitam dicimus et consimilia.

e T ne singillatim cūcta complectar: illud quoq; hoc loco aīaduertendum sit: quod sicut dicim⁹ saepe ludo ludum. pugno pugnam. seruio seruitutē. doleo dolorem & similia. ita & interdum. uiuo uitā. uiuo felicem seu miseram uitā. ut si quis dixerit: q expeditā uirtutem fuerint cōsectati: hi uiuent beatā atq; immortalem uitam: & qui praeclarum certamen certauerit: amplissimis donabitur muneribus: & qđ uariis dicimus orationis modis: id ipsum de singulis partibus ītelligendum sit. ut pro oro rogo. precor. obsecro. obtestor. pro quasi: ferme fere: & alia tu ipse coiecta.

CLXXXVIII. Id genus.

i D genus pro eius generis: quod fere simile nomen exprimit: pulchre & usitate dicitur. multa sunt id genus monstra: de multis id genus rebus loquuntur. quod est similibus: & ita ī aliis.

Id genus

CLXXXIX. Ex sententia.

e X sententia quasi secundum uoluntatem: & prospere. ut gesta res ē ex sentētia: quod ē: ꝓ ut optabam. et id tibi euenit ex sententia: et multis in locis consimiliter.

CLXXXX. inferre

i NFerre iniuriam: quasi iniuriam facere. Man⁹ inferre alicui: est aliquē pulsare: Impetum in quēpiam facere: est ferire cū impetu quēpiam: & quasi ui adoriri & irruere.

CLXXXXI. Dare ueniam.

Dare ueniā

d Are ueniam pulcherrime est ignoscere: & licētiam cōcedere.

CLXXXXII. Ab initio ætatis.

a B initio aetatis habui te amicum, a teneris ānis a paruulo, a primis aetatis temporibus. a teneris ut graeci dicunt unguiculis, a cunabulis ipsis amicitia mihi tecum est: & huiusmodi ætas pulcherrime adolescentiam significat.

CLXXXXIII. Ferire Foedus.

f Erire foedus optime atque optimis causis: & fœcialium consuetudine significat foedus componere. ut per sæpe ictum seu pcussum foedus est cōstitutum & compositum.

CLXXXXIIII. Est mihi nomen Scipioni.

e St mihi nomē Scipioni. Scipiōi cognomē Afri

147.

cano fuit. cui pago troiano nomen erat: & sic de reli quis datiuo casu perusitate dicitur ac pulcherrie. quæ eadem & aliis quoq; modis dicuntur: sed frequẽtius modos superiores apud eloquentes & doctos uiros inuenies.

Liuius 22

CLXXXXV. Aiunt. fertur. dicitur.

q Vom tritum uerbũ uolumus ostẽdere: & qđ ĩ ore populi est. utimur uel impsonali fertur uel personali uerbo aiunt: & non nunq̃ dicitur: & eis singulis ut præponimus. & raro ita. & interdum qđ: exẽpla huiusmodi sunt. Nam sirenes: ut aiunt: sur da debemus aure trãsire. & item: nam ita fertur: & ut nusquam tuta sit fides. item haud turpe est quod dicitur tumultuãtem degradu deiici.

CXXXXVI. Mediam super noctem.

n On nunquam & ita dicimus noctem sup me diam uigilauimus: quod est ultra mediam no ctem idq; & Seruius ipse testatur: & quorũdam uete rum cõprobat auctoritas.

CXXXXVII. Tendo.

c Ontra sermonẽm tuum tendo est respondeo ti bi. sicut & tẽdo cõtra iter: est tibi occurro. s; hoc

haud ĩ frequenti uſu oratorum inuenies.

CLXXXXVIII. Macte.

Macte

m Acte magis aucte & gloriæ ac laudis ſermo. & plærũq; ablatiuo iungitur. ut macte uirtute eſto. idq; & poetae uſurpãt & ſcriptores hiſtoriarum: et demũ oratores ipſi. qui ſermo ut multi eruditiſſimi tradunt a ſacris deductus eſt.

CLXXXXVIIII. Ad explicandum locum ſiue genus gentile ac patrium effingimus.

q Votiens alicui explicaturi ſumus ſiue genus ſeu locũ: gentile ac patrium nomẽ effingimus. qd' q ſecus effecerit fortaſſe latine locutus ſit. ſed ille pide penitus atq; ĩdecore ut q fuerit a ſyracuſis oriundus nõ de ſyracuſis dicendum ſed ſyracuſanus ẽ. nõ de athenis ſed athenienſis. nõ declufio ſed cluſinus. atque in generibus: et familiis non. de. cũ ablatiuo utimur: ut multi. ſed ĩde nomen efficimus. ut nõ de ſcauri ſed ſcaurus. nõ de gracchis. ſed gracchus. nõ de catullis ſed catullus. nõ de datis ſed datus. quãqdem ad rem id merito afferẽdũ ſit: quod Plinius ipse aiebat ꝙ deriuationes firmas nõ habent regulas ſed exeunt: termĩanturq;: uti ipsis auctoribus placet. ſicut a tauro taureũ: et taurinũ dicimꝰ. et quos nos romanos dicimꝰ: dicũt græci romæos. quos nos carthagineſes:

illi charchidoneos .sed in ensis. & ĩ us.atq; as quæ ad loca ꝑtinent: frequẽtatiores termĩationes sunt .ut alba nẽsis .cremonẽsis .clusinus .tarẽtinus .lacedæmonius salaminus .mithylenaeus.thebæus.corĩthius .syracu sanus. tebanus . arpinas .& sarsinas.alii quoq; sunt eorũdẽ noĩu; exitus .sed ii freq̃ntiore usu celebrant̃. qđ idẽ & ĩ q̃busdã aliis fit . quae neq; a generis noĩ bus fluxere .neq; loci ullius .ut terẽtianus chremes. platonicus Giges.socraticus Gorgias .quæ omnia a ꝓ priis ꝓfecta sunt atq; originem traxere .sed quæ alia hac de re dici possunt: tu ipse cogitatione cõplectere.

CC .Conor.

c Onor hãc rem optime ac uenuste dicimus : p̃ sertim si difficilior sit & ardua . quo pacto Ci cero sæpe utebatur: ut de pfecto oratore .magnũ op⁹ & arduũ brute conamur . Cicero in oratore

CCI .Studeo.

e T studeo: si qd studiosius effecturi sumus: ẽt accusatiuo pulcherrime iungitur.

CCII. Desydero.

d Esydero uerbũ pulcherrime positũ.nã quom desyderiũ sit absentiũ rerũ : psaepe dicimus.de sydero amorem tuũ quod ẽ .tu nõ me amas .desyde ro prudentiam tuã : quasi sis ĩsipiens.et ita de aliis. Desiderare

CCIII. Complector.

c Omplector perdiffusum ē atq; ornatū uerbu; ꝓserti uero aliquibus adiectis hac ratione. ut te amo re atq; benuiuoleutia cōplector: pro me amo. co gitatione cōplector. quod ē cogito: & idest animi. sicut facultate cōsequor est rei ipsius.

CCIIII. De Gerūdiuis.

i LLud ignorādum non ē: quod gerūdiuus mo dus ab omni uerbo similiter ꝓcreatur: si quā do nobis foret: eo opus. ut cātando rumpitur anguis: ut ait Seruius dū cantatur: & ī loco actiue dictū est. ut cātando tu illū. id efficere oratores atq; usurpare queunt.

CCV. De quarto prætor & quartum prætor.

p Vtant nōnulli nil interesse: siqs dixerit quarto p̄tor: & quartum p̄tor. & sic de cæteris. sed ma gna ē inquā differētia. ut. M. Varro testis ē. quarto p̄tor locū significat: & tres ante factos. quartū uero p̄ tor designat tempus. caue igitur diligenter ne pperā hisce utaris rationibus: neqd cōtra ueterum atq; elo quētium morē cōsuetudinēq; faciamus. quia tertium consul ac tertio cōsul non idem significant.

quarto prætor } Dra
quartū prætor }

CCVI. Ruri esse.

Ruri

s Ed ne plura iam sequar: nā īfinita pene huius
mōi pcipi possunt. Id tene memoria: q̄ nō rure
esse sed ruri dicimus. qđ Pōpeius festus affirmat. tū
publius terrētius cōprobat. ait enī ruri se cōtinebat.
quāobrem siqua reliqua sunt: paucis expediamus.
Nā quom ꝓ cōficiēdis epistolis hæc potissimum atti
gerimus: si salutationis formulā ac regulā Klārum.
nonarū iduūq; obseruationem patefecerim: iure huic
paruo instituto finem ac modum statuemus.

CCVII. De Vale & Salue.

valere

u Ale igitur ac salue uerba ꝑ M. uarronis & oīum
doctissimoꝝ uiroꝝ sententia idem significare ui
dent̄. qbus nos alias ī salutādo alias ī execrādo utimur
ex quo et terrentianū illud ē. ualeāt q īter nos dissidiū
quærūt. ac mortuis quoq; & qui mortaliū uita decesse
rūt: qbus nullam huiusce lucis optare salutē possum⁹:
nōnūq̄ uale dicimus: & ueteres ipsi quōdā eisdem idē
uerbū pro more dicebāt: quasi nil āplius sibi uiuētib⁹
cū mortuis futurū esset. & īpetuū ab eorū iam aspe
ctu discederēt. nā neq; ualēt illi: neq; salui esse pñt: ob
eādemq; rem addūt nōnulli bñ aduerbiū feliciter ue.
aut siqua alia sunt ei⁹ mōi significātiæ: uerūtñ ī episto
lis ipis q̄s plærūq; ad amicos mittimus uale ī fine dice
re cōsueuimus absq; ulla aduerbii accessione: ꝑide at
q; amicis uitæ salutē ac felicitatē exoptemus. qd igit̄
uale sibi quærat: quoue pacto illo utendum sit: nosti.

CCVIII. Dico tibi salutem. iubeo te saluere.

p Ro saluto aũt nos dicimus salute3 dico. & quẽ salutari cupim⁹: datio casui aptissime apposue rimus. ut uale: & Cæsari dic salutem. Alia quoq; erit salutãdi rõ. ut iube scipionẽ saluere. quod ẽ scipionẽ saluta. Nã is modus uim quãdam desyderii cõtinet: & pro antiquorũ cõsuetudine ĩfinitus modus ĩ aliu3 transit. ut iubeo te saluere. i. salue. iubeo te gaudere. pro gaudeo.

CCIX. Meo noĩe uel meis uerbis ꝓ mea ex ꝑte.

q Vod uero alii ex mea ꝑte dicũt: multo q̃dem ornatissime dicit̃ & meo noĩe uel meis uerbis.

CCX. De Kalendis nonis. & idibus.

q Vota3 aũt cuiusq; mẽsis diẽ uelimus ĩtelligi Kalendis. nonis idibusue notamus. neq; q̃d illae sibi uelĩt nũc explicare: cõsiliũ est. sed quo pacto dicamus: singulorũ mẽsiũ dies ab eis annotationẽ su scipiunt. Quãobrem ĩtelligẽdum ĩ primis ẽ primos cuiusq; mẽsis dies Kalẽdarum appellatione notari: se cũdũ q̃s nonarũ dies cõstituit̃. & ĩ aliis q̃dem mẽsibus septĩa luce. Martio. Maio. Iulio. Octubri. ĩ aliis autẽ q̃nta Ianuario. Februario. Aprili. Iunio. Augusto. Septẽbri. Nouẽbri. & decẽbri. atq; omẽs hi dies. qui ĩter Kalẽdas & nonas ĩtercesserĩt: nonarũ cognomi

natione cēsetur. ubi & nūeꝝ meminerimus ac nonas ipsas & kalendas ablatiuo casu constituemus. has accusatiuo: sed īter numerandū & ppostero utemur ordine & nonaꝝ diem cōnumerabimus: at nonis exactis pximos octo dies idq; in quoquo mense similiter iduū cognominatione significabimus: sed pari ratione tū ordinis tū annūerationis. reliquos uero eius mensis quot quot supfuerīt dies kalendaꝝ appelatione notabimus quæ futuri ac pximi sunt mensis neq; ordinis neque numerationis ration e īmutata. atq; id omne exemplo illustrandum ē. sitque Martius ipse nobis exemplo: cuius curriculum uno ac trigesimo die ɔficitur. Prim⁹ itaque dies Kalendæ erūt martii. Secūdus sexto nonas martii. Tertius quīto nonas martii. Quartus quarto nouas martii. Quintus tertio nonas martii. Sextus nō secūdo nonas dicitur. sed pridie nonas. & ita in idibus atq; Kalendis. Septimus dies nonæ erūt mar. Octauus octauo idus martii. Nonus septimo idus martii. Decimus sexto idus martii. Vndeim⁹ qnto idus martii. Duodecimus q̄rto idus martii.. Tertiusdecimus tertio idus martii. Quartusdecimus. pridie idus martii. Quintusdecimus idibus martii. Sextusdecimus decimo septimo Kalendas apriles quia is mensis consequtur. Decimusseptimus sextodecimo Kalēdas apriles. Decimusoctauus qndecimo Kalendas apriles. Decimusnonus quartodecimo Kalendas apriles. Vigesimus terciodecimo Kalēdas apriles. Vigesimusprim⁹ duodecimo Kalendas apriles. Vigesimussecundus un

decimo Kalendas apriles Vigesimustercius decio Kalendas apriles. Vigesimus quartus nono kalendas. aprilles. Vigesimusqntus octauo Kalendas apriles. uigesimussextus septio kalēdas apriles. Vigesimusseptimus sexto Kalendas apriles. Vigesimusoctauus qnto Kalendas apriles. Vigisimusnonus quarto Kalēdas apriles. Trigesimus tertio Kalendas apriles: Trigesimusprimus & nouissimus pridie Kalendas apriles: & ī cæteris omībus eadem seruada est ratio. Dierū aūt numerus haud te lateat: qui in promptu est omnibus.

CCXI. Pridie Kalendas. pridie nonas. pridie idus.

PRidie aūt Kalendas. pridie nonas. pridie idus dicitur. & significat quod uetustissimi dicebāt die pristini pro aduerbio quod significat die pristino & sic puetusto more die crastini & die quīti & die qnto similiter pro aduerbio: Verꝝ nos priscam nimis & horridiorem uetustatem ubiq; fugere ac uitare debemus: ac bene & præclare Cæsar præcipere solebat tā quā scopulum sic fugiēdum esse inauditum atq; insolens uerbum. Pro genitiuis aūt mēsiū rectius possessiua nomina finxerimus: ut pro Kalendis martii Kalēdas martias dixerimus. & ita apriles. maias. iunias. iulias. aut qntiles. augustas. aut sextiles. septēbres. & ita ianuarias & februarias. Quod aūt ī Kalendis. Nonis Idibusq; ablatiuo casu iungimus: idē possumus ī accu

ſatiuũ transferre : & ad præponere . sed id significat tempus fere diuturnius . ut decimo Kalendas februarias dediſti ad me litteras . Ego uero ad octauũ Idus Ianuarias ad te ſcripſeram. habet enĩ uiꝫ temporis uæhemẽtioreꝫ hoc poſterius . Ne igitur plura ſcribam hæc mihi ĩ praeſentia sese obtulerũt : quae adnotatu digniora uiſa sũt : quæque tibi multo plus fortaſſe cõducent quã illorũ præceptiones : qui easdem & epiſtolis & orõnibꝰ ptes tribuũt . quorũ penitus eripiendus ẽ error : atqꝫ ita sentiendum : ut ĩ litteris ipſis apte cõcinne dilucideqꝫ ſcribamus : ac noſtrã ſententiã atqꝫ mẽtem q̃ cõmodiſſime apiamus . Quod cum hæc diligenter tenueris : ex infinito poene harũ reruꝫ numero alia quaedã nõ minus fortaſſe utilia ſed multo grauiora ſubnectam . Quãobrem ut facis : cupidiſſime ſtudia litterarũ complectere : & quae ĩ dies aſſequere : ad exercitationem accõmoda . Vale .

Hoc opus ẽ impreſſum opera & impenſa Philippi de lauagna ciuis Mediolanenſis anno a natali chriſtiano M.cccc Lxxvi. die v. Martii.

Auguſtini	quale	CXLvii
rei	ut	perraro
ipſius	plurimum	uſurpantur
quis	ait	Et ne
Suauis	CXXviii	cano
XXX	fecero	
hibenda	ſti	


BIBLIOTECA NAZIONALE
FIRENZE